Ibi Ulysses decubuit; injecit autem lænam ipsi
Densam et magnam, quæ ei præbebat copiam-mutandi,
Ad-induendum, quandò aliqua hyems terribilis orta esset.
Sic ibi quidem tunc Ulysses decubuit; apud ipsum verò
Viri cubuerunt juvenes: non autem subulco
Placuit illic lectus, ut à suibus seorsùm cubaret;

Ver. 509. Οὐδὲ τι πω παρὰ μοῖραν ἔπος νηκερδὲς ἔειπες.] Οὐ γὰρ παρὰ τὸ προσῆκον τὰ κακὰ ἠγόρευσας. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 16.

Ibid. —— ἔειπες.] *Al.* ἔειπας· et ἔνισπες.

Ver. 511. —— ἀντιάσαντα.] Vide suprà ad ζ. 193. et ad *Il.* ά. 67.

Ver. 512. —— τὰ σὰ ῥάκεα δνοπαλίξεις.] Ἀντὶ τοῦ, διὰ χειρὸς ἕξεις, ἀμφιέσῃ, συῤῥάψεις· ἢ περιτινάξεις, περιστρέψεις. *Etymolog. Magn.* in voce Δνοπαλίζω.

Ver. 513. ——— χλαῖναι, ἐπημοιβοί τε χιτῶνες.] Χλαῖναι, χλαμύδες, τὰ ἔξωθεν περιβλήματα ——. Χιτῶνες, τὰ ἔσωθεν ἀνδρεῖα ἱμάτια. *Schol.*

Ver. 515. 516. 517. Αὐτὰρ ἐπὴν &c.] Desunt hi tres versus in MS. à *Tho. Bentleio* collato.

Ver. 517. —— θυμός τε κελεύει.] *Al.* καὶ θυμὸς ἀνώγει.

Ver. 521. —— μεγάλην.] *Al.* μαλακήν.

Ibid. —— παρεχέσκετ' ἀμοιβάς.] Παρεῖχε τὰς ἀμοιβὰς ἢ ἐναλλαγάς· *Schol.* Cæterùm *Barnesius* edidit, legendumque pronuntiat, παρεκέσκετ' ἀμοιβάς. ut sit παρέκειτο ἀμοιβαίη· uti infrà φ'. 41. Κέσκετ' ἐνὶ μεγάροις. verùm, ut opinor, auctoritate haud satìs idoneâ. Porrò vir eruditus *Tho. Bentleius* in uno MS. scriptum reperit παρέχεσκεν ἀμοιβάς.

Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔξω ἰὼν ὡπλίζετο· χαῖρε δ' Ὀδυσσεὺς,
Ὅττι ῥά οἱ βιότου περικήδετο, νόσφιν ἐόντος.
Πρῶτον μὲν ξίφος ὀξὺ περὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις,
Ἀμφὶ δὲ χλαῖναν ἑέσσατ' ἀλεξάνεμον μάλα πυκνὴν,
Ἂν δὲ νάκην ἕλετ' αἰγὸς ἐϋτρεφέος μεγάλοιο·
Εἵλετο δ' ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν.
Βῆ δ' ἴμεναι κείων, ὅθι περ σύες ἀργιόδοντες
Πέτρῃ ὑπὸ γλαφυρῇ εὗδον, Βορέω ὑπ' ἰωγῇ.

Sed is extrà profectus armabat-se: gaudebat verò Ulysses,
Quòd scilicèt sibi facultatum curam-habebat, dum *ipse* abesset.
Primùm quidem ensem acutum circum fortes posuit humeros;
Lænam autem sibi circumdedit arcentem-ventos, valdè densam;
Ac pellem sumpsit capræ benè-nutritæ magnæ:
Sumpsitque acutum jaculum, canum propulsatorem et virorum.
Perrexit autem ire decubiturus, ubi scilicèt sues albis-dentibus
Rupe sub cavâ dormiebant, Boreæ sub tegmine.

Ver. 527. ——— νόσφιν ἐόντος.] *Al.* νόσφιν ἐόντι.

Ver. 528. ——— ξίφος ὀξὺ περὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις.]

Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. *Æn.* VIII. 459.

Ver. 529. ——— χλαῖναν ἑέσσατ'.] Vide suprà ad *ι.* 296. *Al.* χλαῖναν ἓ ἕσσατ'. Minùs rectè.

Ver. 530. ——— νάκην.] Δέρμα αἰγὸς δασύμαλλον. *Schol.*

Ver. 533. ——— Βορέω ὑπ' ἰωγῇ.] Ἰωγὴ, ἡ σκέπη· ——— ϗ ὑπιωγαὶ δὲ, αἱ ὑπαγωγαὶ καὶ σκέπαι. *Etymolog. Magn.* Κυρίως οὖν ἰωῆς τῆς πνοῆς οὔσης, καὶ τοῦ ἄγνυσθαι σημαίνοντος τὸ κλᾶσθαι, ἰωγὴ λοιπὸν ἡ τῆς πνοῆς ἂν εἴη κλάσις. Ἔφη οὖν πυ, "εὗδον Βορέω ὑπ' ἰωγῇ," ὅπου ἄγνυται ἡ τοῦ Βοῤῥᾶ πνοή. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 29. *Al.* ὑπ' ἰωγῆς.

ΤΗΣ

ΤΟΥ ʽΟΜΗΡΟΥ

ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Ο΄.

ʽΥπόθεσις τῆς ῥαψῳδίας Ο΄.

ΤΗΛΕ΄ΜΑΧΟΝ Ἀθηνᾶ ὄναρ ἐπιστᾶσα εἰς Ἰθάκην ἐπανελθεῖν προτρέπεται· ὃς δῶρα παρὰ Μενελάε λαβὼν πέμπεται· καὶ ἐμβαίνειν μέλλων εἰς τὴν ναῦν, Θεοκλύμενον τινὰ Ἀργεῖον μάντιν ἀναλαμβάνει ἐπὶ φόνῳ φεύγοντα· καὶ Εὔμαιος Ὀδυσσεῖ διηγεῖται, ὡς Φοίνικες αὐτὸν λῃσάμενοι ἐκ Συρίας νήσου, ἀπέδοντο Λαέρτῃ· καὶ ἡ Τηλεμάχε ναῦς κατάγεται εἰς Ἰθάκην, καὶ ταύτην εἰς ἄστυ ἀποπέμψας, αὐτὸς πρὸς Εὔμαιον ἔρχεται.

Ἐπιγραφαί.

Τηλεμάχε ἐπάνοδος· Μνηστήρων λόχος· Τηλεμάχε πρὸς Εὔμαιον ἄφιξις.

Ἄλλως,

Οὖ, ἐπέβη Ἰθάκης Λακεδαίμονος ἐξ Ὀδυσείδης.

ʽΗΔ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη
Ὤχετ', Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱὸν
Νόστου ὑπομνήσουσα, καὶ ὀτρυνέουσα νέεσθαι.

LIB. XV.

IN spatiosam verò Lacedæmonem Pallas Minerva
Ibat, Ulyssis magnanimi illustrem filium
De-reditu submonitura, et hortatura ut-rediret.

Ver. 1. ʽΗδ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα.] Connectitur cum *Odyss*. ν. 439. 440.

Ibid. ——— εὐρύχορον Λακεδαίμονα.] Sic Oraculum apud *Homerum*;

——— Σπάρτης οἰκήτορος εὐρυχόροιο.
Lib. VII. § 220.

Cæterùm nonnulli *Spartam* εὐρύχορον appellatam existimârunt propter *Choreas* quarum meminit *Plutarchus* in libro *de institutis Laconicis*. Alii vero εὐρύχορον exponunt simplicitèr *latam*, Εὐρύχορον, φασὶ, λέγει — γῆν, τὴν εὔχωρον ἢ μεγάλην. *Eustath*. ad *Odyss*. μ΄. 4. Quod et eo verisimilius videtur, quòd aliis terris idem epitheton sæpè tribuat Poëta. Vide suprà ad γ΄. 635. ζ΄. 4. et λ΄. 255. Vir tamen eruditus *Isaacus Casaubonus* alteram sententiam amplectitur, reprehenditque *Athenæi* Latinum Interpretem, quòd εὐρύχορον "*agri spatiosi*" reddiderit. *Annotat. in Athenæum, lib*. IV. *cap*. 3.

Ver. 3. Νόστε ὑπομνήσουσα, ἢ ὀτρυνέουσα νέεσθαι.] Φροντεῖ γὰρ ὡς εἰκὸς ὁ Τηλέμαχος, ἐκ

Εὗρε δὲ Τηλέμαχον καὶ Νέστορος ἀγλαὸν υἱὸν
Εὕδοντ' ἐν προδόμῳ Μενελάου κυδαλίμοιο·
Ἤτοι Νεστορίδην μαλακῷ δεδμημένον ὕπνῳ·
Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκὺς, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
Νύκτα δι' ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν·
Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Τηλέμαχ', οὐκ ἔτι καλὰ δόμων ἀπὸ δὴν ἀλάλησαι,
Κτήματά τε προλιπὼν, ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισιν
Οὕτω ὑπερφιάλους· μή τοι κατὰ πάντα φάγωσι,
Κτήματα δασσάμενοι, σὺ δὲ τηΰσίην ὁδὸν ἔλθῃς.
Ἀλλ' ὄτρυνε τάχιστα βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
Πεμπέμεν, ὄφρ' ἔτι οἴκοι ἀμύμονα μητέρα τέτμῃς·
Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι· ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας

Invenit autem Telemachum et Nestoris inclytum filium
Cubantes in vestibulo domûs Menelai illustris;
Nestoridem quidem molli domitum somno:
Telemachum autem non somnus tenebat dulcis; sed *eum* in animo
Noctem per placidam curæ de-patre excitabant.
Propè autem stans allocuta est cæsia-oculis Minerva;
" Telemache, non ampliùs benè à *tuâ* domo diù aberras,
" Possessionibusque relictis, virisque in tuis ædibus,
" Ita superbis; *cave* nè tibi omnia comedant,
" Possessionibus divisis, tu autem inane iter feceris.
" Sed hortare citissimè bello-strenuum Menelaum,
" Ut *te* dimittat; ut adhuc domi eximiam matrem invenias:
" Jam enim paterque fratresque jubent
" Eurymacho nubere; is enim superat omnes

τῆς κατ' αὐτὸν Ἀθηνᾶς, καιρὸν εἶναι ἤδη τοῦ ἐπανελθεῖν αὐτόν. Eustath.

Ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἴκαδ' ἰκέσθαι.
Infrà *ver.* 66.

Vide ad *Il. α'.* 194.

Ibid. —— *ὀτρυνέουσα.*] Vide ad *Il. α'.* 338. et *κ'.* 55.

Ver. 5. Εὕδοντ' ἐν προδόμῳ.] Quoniam infrà *ver.* 7. legitur, Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκὺς· ideò vocem Εὕδοντ' hoc in loco non Εὕδοντες, (uti exponit *Scholiastes*), sed Εὕδοντα intelligendam contendit *Barnesius:* scilicèt ut ad *Pisistratum* solum referatur. Sed nihil opus. Primò enim vox Εὕδειν de eo qui ad somnum captandum decubuerit, (ut opinor), satis rectè dici potest: Deindè istud Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκὺς, *ver.* 7. non impedit quin paululùm dormierit *Telemachus*, etsi non (ut *Nestoris* filius) *μαλακῷ δεδμημένος ὕπνῳ.* Similitèr de Jove dicit Poëta, *Iliad. α'.* 611. Ἔνθα καθεῦδ' ἀναβάς· de eodem autem statim deinceps, *β'. ver.* 2. *Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.*

Ver. 8. —— *μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.*] *Barnesius* aliique vertunt, "*curas de patre* "*excitabat.*" Sed ad vocis ἔγειρεν significationem rectiùs (ut opinor) interpretêris, "*curæ de parte* eum è somno *excitabant;*" sive, "*insomnem reddebant.*" Vide suprà ad *ζ'.* 48. et ad *Iliad. ψ'.* 234. *ω'.* 344.

Ver. 10. —— *ἀπὸ δὴν ἀλάλησαι.*] MS. à *Tho. Bentleio* collatus, *ἀπὸ τῆλ' ἀλάλησαι.* Atque ita in commentario citat *Eustathius.*

Ver. 13. Κτήματα.] *Al.* Χρήματα.

Ibid. — *τηΰσίην.*] Vide suprà ad *γ'.* 316.

Ver. 16. *Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε.*] Hinc *Ovidius;*

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit, et immensas increpat usque moras.
Heroïd. Epist. I. 81.

Vide *Strabonem, Geograph. lib.* X. *pag.* 708. *al.* 461.

Ibid. —— *πατήρ.*] Ἰκάριος ὁ Οἰβάλου. *Schol.*

Ver. 17. —— *γήμασθαι.*] Vide suprà ad *λ'.* 272.

Μνηστῆρας δώροισι, καὶ ἐξώφελλεν ἔεδνα·
Μή νύ τι, σεῦ ἀέκητι, δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται.
Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός·
Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν, ὅς κεν ὀπυίοι,
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.
Ἀλλὰ σύγ' ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἕκαστα
Δμωάων, ἥτις τοι ἀρίστη φαίνεται εἶναι,
Εἰσόκε τοι φήνωσι θεὰ κυδρὴν παράκοιτιν.
Ἄλλο δέ τοί γε ἔπος ἐρέω· σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ·
Μνηστήρων σ' ἐπιτηδὲς ἀριστῆες λοχόωσιν
Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε, Σάμοιό τε παιπαλοέσσης,
Ἱέμενοι κτεῖναι, πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.
Ἀλλὰ τά γ' οὐκ οἴω· πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει
Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν.

"Procos donis, et exaugere-solet sponsalia:
"Nequod, te invito, ex ædibus bonum efferatur.
"Scis enim, qualis animus in pectoribus mulieris:
"Illius vult domum augere, qui duxerit;
"Filiorum autem priorum, et mariti-cui-virgo-nupserat dilecti,
"Non ampliùs recordatur mortui, neque inquirit.
"Sed tu ubi-veneris ipse committas singula
"Famularum *ei*, quæcunque tibi optima videatur esse,
"Donec tibi ostenderint dii illustrem uxorem.
"Aliud autem tibi verbum dicam; tu verò repone animo;
"Procorum tibi diligentèr optimates insidiantur
"In freto Ithacæque, Samique asperæ,
"Cupientes occidere, antequam in patriam terram veneris.
"Sed ea scilicèt non *futura* puto: priùs etiam aliquem terra detinebit
"Virorum procorum, qui tibi victum devorant.

Ver. 18. —— ἔεδνα.] Ita *Barnesius*. Nempè ut ἥλιος, ἠέλιος· ἔρση, ἐέρση· ita ἕδνον, ἔεδνον. *Vulgg*. ἕεδνα.

Ver. 22. Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο Οὐκέτι μέμνηται.]

Ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
Καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ.
Euripid. Troad. ver. 662

Παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων.
Id. Medea, ver. 76.

Ubi *Scholiastes* hunc *Homeri* locum citat.

Ver. 23. —— τεθνηότος.] Vide ad *Il*. β'. 818. *Al*. τεθνειότος.

Ver. 27. —— σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ.]

— tu condita mente teneto. *Æn*. III. 388.

Ver. 28. Μνηστήρων σ' ἐπιτηδὲς.] Vide suprà ad δ'. 842. &c.

Ver. 29. Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης.] Πορθμὸς ἐστὶ τινὴ θάλασσα ὑπὸ γῆς περιεχομένη· ἰσθμὸς δὲ τινὴ γῆ ὑπὸ θαλάσσης περιεχομένη. *Schol*.

Ibid. —— Σάμοιό τε παιπαλοέσσης.] Σάμον δὲ, τὴν νῦν Κεφαλληνίαν· ὡς καὶ ὅταν φῇ· "Ἐν πορθμῷ τ' Ἰθάκης τε, Σάμοιο τε παιπαλοέσσης." Τῷ γὰρ ἐπιθέτῳ τὴν ὁμωνυμίαν διέσταλται, ὡς οὐκ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς νήσου, τιθεὶς τοὔνομα. Τετραπόλεως γὰρ οὔσης τῆς νήσου, μία τῶν τεττάρων ἐστὶ ἡ καὶ Σάμος καὶ Σάμη καλουμένη, καθ' ἑκάτερον τοὔνομα ὁμωνυμοῦσα τῇ νήσῳ. *Strabo*, *Geograph*. *lib*. X. *pag*. 695. *al*. 453. *Apollodorus* autem, notante *Strabone*, *ibid*. insulam non Σάμην, sed Σάμον semper appellatam contendit. Vide suprà ad α'. 246. Cæterùm quod hîc ait *Scholiastes*, Τὴν Σάμην εἴρηκε Σάμον διὰ τὸ μέτρον· planè nihili est. Alibi enim occurrit vox Σάμη·

Μεσσηγὺς δὲ Σάμου τε καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης. *Iliad*. ω'. 78.

Ubi facilè scribere potuisset Poëta Σάμης, si ita oportuisset.

Ἀλλὰ ἑκὰς νήσων ἀπέχειν εὐεργέα νῆα,
Νυκτὶ δ' ὁμῶς πλείειν· πέμψει δέ τοι οὖρον ὄπισθεν
Ἀθανάτων, ὅς τίς σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε.
Αὐτὰρ ἐπὴν πρώτην ἀκτὴν Ἰθάκης ἀφίκηαι,
Νῆα μὲν ἐς πόλιν ὀτρῦναι καὶ πάντας ἑταίρους·
Αὐτὸς δὲ πρώτιστα συβώτην εἰσαφικέσθαι,
Ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος· ὁμῶς δέ τοι ἤπια οἶδεν.
Ἔνθα δὲ νύκτ' ἀέσαι· τὸν δ' ὀτρῦναι πόλιν εἴσω
Ἀγγελίην ἐρέοντα περίφρονι Πηνελοπείῃ,
Οὕνεκά οἱ σῶς ἐσσὶ, καὶ ἐκ Πύλου εἰλήλουθας.
Ἡ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσ' ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον.
Αὐτὰρ ὁ Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνου ἔγειρεν,
Λὰξ ποδὶ κινήσας, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Ἔγρεο, Νεστορίδη Πεισίστρατε, μώνυχας ἵππους
Ζεῦξον ὑφ' ἅρματ' ἄγων, ὄφρα πρήσσωμεν ὁδοῖο.
Τὸν δ' αὖ Νεστορίδης Πεισίστρατος ἀντίον ηὔδα·
Τηλέμαχ', οὔπως ἐστὶν, ἐπειγομένους περ ὁδοῖο,
Νύκτα διὰ δνοφερὴν ἐλάαν· τάχα δ' ἔσσεται ἠώς.

" Sed longè ab insulis abstine benè-fabricatam navem,
" Cumque nocte simul naviga: mittet autem tibi ventum-secundum à-tergo
" Immortalium, quicunque te custoditque, tueturque.
" At ubi ad primum littus Ithacæ perveneris,
" Navem quidem in urbem mitte et omnes socios;
" Ipse verò primùm subulcum adi,
" Qui tibi suûm custos *est*, simulque tibi benè-vult.
" Illic autem noctem perage; eum verò mitte in urbem
" Nuncium laturum prudenti Penelopæ;
" Quòd ei salvus sis, et ex Pylo veneris."
Hæc quidem sic locuta abiit ad magnum Olympum.
At hic Nestoridem ex dulci somno excitavit
Calcitrando pede motum; et ei verbum dixit;
" Surge, Nestoride Pisistrate, solidos-ungulis equos
" Junge currui subducens, ut conficiamus iter."
Hunc autem Nestorides Pisistratus contrà allocutus est;
" Telemache, nequaquàm licet, festinantes quamvis ad-iter,
" Noctem per tenebrosam aurigare; citò autem aderit Aurora.

Ver. 39. —— ὁμῶς δέ τοι ἤπια οἶδεν.] Vide suprà ad ν'. 405.

Ver. 43. Ἡ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσ' ἀπέβη.]

—— Sic fatus, nocti se immiscuit atræ.
Æn. IV. 570.

Ver. 47. —— πρήσσωμεν ὁδοῖο.] In vulgatis editum est πρήσσομεν. Verùm cum in omnibus editionibus legatur πρήσσωμεν πρήσσησιν, *Iliad.* α'. 264. *Odyss.* γ'. 476. ό. 219. ubi idem ferè hemistichium occurrit; etiam hîc πρήσσωμεν edidit.

Ver. 50. Νύκτα διὰ δνοφερὴν ἐλάαν.] Conjicit Dna. *Dacier* hoc eâdem accidisse nocte quam suprà depingit Poëta:

Νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, &c.
ξ. 457.

ideoque hoc in loco noctem δνοφερὴν appellatam existimat: scilicèt ut dicat *Pisistratus*, "*nocte tam obscurâ et intempestâ iter nullo modo instituendum esse.*" Sed malè. Neque enim Epitheton δνοφερὴ omninò noctem intempestam, aut solito obscuriorem denotat; sed omni nocti in universum tribuitur; neque, ut de eâdem ipsâ nocte hæc intelligantur, ulla videtur ratio. Reverà hoc dicit *Pisistratus*, "*noctem*, (*non* istam *utique*, *sed* omnem), *ad iter faciendum*, *tempus esse omnino inidoneum*."

Ἀλλὰ μέν', εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείη
Ἥρως Ἀτρείδης, δουρικλειτὸς Μενέλαος,
Καὶ μύθοις ἀγανοῖσι παραυδήσας ἀποπέμψῃ.
Τοῦ γάρ τε ξεῖνος μιμνήσκεται ἤματα πάντα
Ἀνδρὸς ξεινοδόκου, ὅς κεν φιλότητα παράσχῃ·
Ὣς ἔφατ'· αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ἤλυθεν ἠώς.
Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς, Ἑλένης παρὰ καλλικόμοιο.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν Ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς,
Σπερχόμενός ῥα χιτῶνα περὶ χροῒ σιγαλόεντα
Δῦνεν, καὶ μέγα φᾶρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις
Ἥρως· βῆ δὲ θύραζε, παριστάμενος δὲ προσηύδα
Τηλέμαχος, φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο·
Ἀτρείδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Ἤδη νῦν μ' ἀπόπεμπε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν·
Ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἴκαδ' ἱκέσθαι.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
Τηλέμαχ', οὔτι σ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω
Ἱέμενον νόστοιο· νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ

" Sed mane, dum dona ferens in-currum posuerit
" Heros Atrides, hastâ-inclytus Menelaus,
" Et verbis mitibus compellatum dimiserit.
" Etenim hospes recordatur dies omnes
" Viri hospitalis, qui amicitiam præbuerit."
Sic dixit: statim autem aureo-solio venit Aurora.
Propè autem ad eos venit bello strenuus Menelaus,
Ubi-surrexisset è lecto, Helenâ à comas-pulchrâ.
Hunc autem postquam animadvertit Ulyssis dilectus filius,
Festinans utique tunicam circum corpus splendidam
Induit, et magnum pallium fortibus injecit humeris
Heros: ivit autem foràs, astansque allocutus est
Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini;
" Atride Menelaë Jovis-alumne, princeps populorum,
" Jam nunc me dimitte dilectam in patriam terram;
" Jam enim mihi animus cupit domum ire."
Huic autem respondit deindè bello strenuus Menelaus;
" Telemache, non te ego in multum tempus hîc detinebo
" Cupientem reditûs: succenseo autem et alii

Ver. 51. ——— ἐπιδίφρια.] Ἐπὶ τὸν δίφρον τιθέμενα, ἢ τὸ ἅρμα. *Schol.*

Ver. 60. Σπερχόμενος ῥα χιτῶνα.]

Consurgit ——, tunicâque inducitur artus. *Æn.* VIII. 457.

Ver. 62. ——— παριστάμενος δὲ προσηύδα.] *Al.* παριστάμενος δ' ἔπος ηὔδα.

Ver. 63. Τηλέμαχος.] Deest hic versus in nonnullis Editionibus, itemque in MS. à *Tho. Bentleio* collato. " Ac certè," inquit *Henricus Stephanus*, " malim abesse, quòd " supervacaneus videatur."

Ver. 69. 70. ——— νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ Ἀνδρὶ &c.] Apud *Dionysium Halicarnassensem*, περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως; § 19. *sub initio*, contrahuntur hæc in unum versum, hoc modo;

Καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσῶ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν.

Vide ad *ver.* 70.

'Ανδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
Ἶσόν τοι κακόν ἐσθ', ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ·
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.
'Αλλὰ μέν', εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείω
Καλὰ, σὺ δ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς· εἴπω δὲ γυναιξὶν,
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν ἅλις ἔνδον ἐόντων.
'Αμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη, καὶ ὄνειαρ,
Δειπνήσαντας ἴμεν πολλὴν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Εἰ δ' ἐθέλεις τρεφθῆναι ἀν' 'Ελλάδα καὶ μέσον Ἄργος,
Ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι, ὑποζεύξω δέ τοι ἵππους,
Ἄστεα δ' ἀνθρώπων ἡγήσομαι· οὐδέ τις ἡμέας

" Viro hospitali, qui immoderatè quidem diligat,
" Immoderate autem oderit; meliora nempe æquabilia omnia.
" Æquale sanè malum est, qui et nolentem redire
" Hospitem impellat, et qui ire-festinantem detineat:
" Oportet hospitem præsentem amicè-tractare, volentem autem dimittere.
" Sed mane, dum dona ferens in-currum posuero
" Pulchra; tu autem oculis videris: dicam verò mulieribus,
" Jentaculum in ædibus ut-parent abundè ex intùs existentibus.
" Utrumque, gloriaque et splendor, et utilitas *est*,
" Pastos ire multam super immensam terram.
" Sin vis divertere in Hellada, et medium Argos;
" Ut te ipse sequar; subjungam autem tibi equos,
" Et ad urbes hominum ducam: neque quisquam nos

Ver. 70. —— *ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν, Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν.*] Τῆς δὲ 'Ομήρου σοφίας κἀκεῖνα καταμαθεῖν ἐστὶ δείγματα, ὅτι καλὰ καὶ πολλὰ σοφῶν ἀνδρῶν ἀποφθέγματα προανεφώνησεν· οἷον τὸ —— Μηδὲν ἄγαν· " Καὶ δ' ἄλλῳ " νεμεσῶ, ὅς κ' ἔξοχα &c. *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς 'Ομήρου ποιήσεως, § 19.

Χρῆν γὰρ μετρίας ἀλλήλους
Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς.
Euripid. Hippolyt. ver. 253.

Ibid. 71. —— *ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.*] 'Εγγὺς ἐστὶ τοῦ εἰπεῖν, ὡς πάντων μέτρον ἄριστον. *Eustath.*

Ver. 73. —— *ἐποτρύνῃ,* —— *κατερύκῃ.*] *Al.* ἐποτρύνει, —— κατερύκει.

Ver. 74. *Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.*] Sic apud *Theocritum*;

Μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι· ἀλλὰ τραπέζῃ
Μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλωντι νέεσθαι.
Idyll. XVI. 27.

—— nè sit mora; mitte volentem.
Ovid. Fast. lib. IV. *ver.* 269.

Καὶ οἱ γε ἄνθρωποι ὑποδέχονται αὐτὴν [χελιδόνα] κατὰ τὸν τῆς 'Ομηρικῆς ξενίας θεσμὸν, ὃς κελεύει καὶ φιλεῖν τὸν παρόντα, καὶ ἰέναι βουλόμενον ἀποπέμπειν. *Ælian. de Animal. lib.* I. *cap.* 52.

Ver. 78. *'Αμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη, καὶ ὄνειαρ, Δειπνήσαντας ἴμεν.*] Τουτέστι τὸ τοὺς ξένους δειπνήσαντας ὑποχωρῆσαι εἰς ὁδὸν, ὄνειαρ μὲν τῷ ξενοδοχηθέντι διὰ τὸ φαγεῖν —— κῦδος δὲ καὶ ἀγλαΐα τῷ ξενοδοχήσαντι. *Eustath.* Atqui utrumque videtur τῷ ξενοδοχηθέντι tribuendum. Cæterùm *Scholiastes* κῦδος hîc exponit παράστημα ψυχῆς.

Ver. 79. *Δειπνήσαντας.*] Vide suprà ad δ'. 535.

Ver. 80. —— *ἀν' 'Ελλάδα καὶ μέσον Ἄργος.*] Ποιητικῷ δέ τινι σχήματι συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ φασὶ τὸν Ὅμηρον· ὡς τὸ " ἀν' " 'Ελλάδα καὶ μέσον Ἄργος." *Strabo, Geograph. lib.* VIII. *pag.* 524. *al.* 340. Vide autem suprà ad ά. 344. et ad *Il.* β'. 528.

Ver. 81. *Ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι.*] Τὸ δὲ " ὄφρα ἕπωμαι" ἀπὸ κοινοῦ ἔχει χρειωστικῶς τὸ " μένε εἰσόκε" [suprà *ver.* 75.] οἷον, 'Αλλὰ μένε εἰσόκε δῶρα φέρω καλά· εἰ δ' ἐθέλεις, μένε δηλαδὴ, ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι. *Eustath.*

Αὔτως ἀποπέμψει, δώσει δέ τι ἕν γε φέρεσθαι,
Ἠέ τινα τριπόδων εὐχάλκων, ἠὲ λεβήτων,
Ἠὲ δύ' ἡμιόνους, ἠὲ χρύσειον ἄλεισον.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Ἀτρείδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερ'· (οὐ γὰρ ὄπισθεν
Οὖρον ἰὼν κατέλειπον ἐπὶ κτεάτεσσιν ἐμοῖσι·)
Μὴ πατέρ' ἀντίθεον διζήμενος, αὐτὸς ὄλωμαι,
Ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Αὐτίκ' ἄρ' ᾗ ἀλόχῳ ἠδὲ δμωῇσι κέλευσε,
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν ἅλις ἔνδον ἐόντων.
Ἀγχίμολον δέ οἱ ἦλθε Βοηθοΐδης Ἐτεωνεὺς,
Ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς, ἐπεί οὐ πολὺ ναῖεν ἀπ' αὐτοῦ·
Τὸν πῦρ κῆαι ἄνωγε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Ὀπτῆσαί τε κρεῶν· ὁ δ' ἄρ' οὐκ ἀπίθησεν ἀκούσας.
Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα,

" Incassùm remittet; dabit autem aliquid unum saltem ferendum;
" Aut aliquem tripodum benè-æratorum, aut lebetum,
" Aut duos mulos, aut aureum poculum."
Hunc autem rursùs Telemachus prudens contrà allocutus est;
" Atride Menelaë Jovis-alumne, princeps populorum,
" Volo jam redire ad nostra; (non enim ponè
" Custodem discedens reliqui apud possessiones meas:)
" Nè patrem deo-parem quærens, ipse peream,
" Aut aliquod mihi ex ædibus supellectile pereat."
At postquam hoc audiiset bello strenuus Menelaus,
Statim suam uxorem et famulas jussit,
Jentaculum in ædibus parare abundè ex intùs existentibus:
Propè autem ad ipsum venit Boëthœdes Eteoneus,
Ubi surrexisset è lecto; quippe non procul habitabat ab ipso:
Hunc ignem accendere jussit bello strenuus Menelaus,
Assareque carnes; is verò non inobsequens fuit, ubi audivisset.
Ipse autem in thalamum descendit odoratum,

Ver. 83. Αὔτως ἀποπέμψει.] Ita omnes. Quod tamen, ut opinor, ferri non potest. *Barnesius* quidem *Anapæstum* quovis in loco pro *Dactylo* adhiberi posse contendit. Verùm ejus rei exemplum alibi apud *Homerum* non occurrit. In versu enim isto quem hîc citat vir eruditus, *Odyss.* β'. 289. "Ὅπλισσόν τ' ἤϊα καὶ ἄγγεσιν ——, pes tertius " ἤϊα καὶ" non est *Anapæstus*, sed *Dactylus*; quippè vox ἤϊα *mediam* naturâ producit. Et in aliis locis à *Barnesio* ibi (ad *Odyss.* β'. 289.) citatis; Βορέης καὶ Ζέφυρος —— *Iliad.* ι'. 5. Νέα μὲν μοι καλλείψεις —— *Odyss.* ι'. 283. Ἱέρευον δὲ σύας. —— ξ'. 181. pedes isti " Βορέης," " Νέα μὲν," " Ἱέρευ," non sunt *Anapæsti*, sed *Spondæi*: pronuntiando nimirùm, Βόῤῥης, Νᾶ μὲν, Ἱρευ: Ideòque hoc in loco errorem aliquem latere crediderim. Quænam autem vera demùm sit lectio, non liquet.

Ver. 85. Ἠὲ δύ' ἡμιόνους.] Ἐν δὲ τῷ, " δύ' " ἡμιόνους," δύο μὲν λέγει διὰ τὴν ξυνωρίδα. Οὐ γὰρ ἐκελήτιζον οἱ ἥρωες τότε. *Eustath.* Atqui equos celetes tunc in usu fuisse liquet ex *Iliad.* ό. 679. &c.

Ver. 97. 98. Τὸν πῦρ κῆαι ἄνωγε —— Ὀπτῆσαί τε κρεῶν.] " Mallem hîc," inquit *Barnesius*, " legere Ὀπτῆσαι κρειῶν, ut sensus sit, " *Ignem jussit accendere, Ad assandum carnes.*" Sed malè.

Ibid. —— κῆαι.] *Al.* κεῖαι.

Οὐκ οἶος, ἅμα τῷγ' Ἑλένη κίε καὶ Μεγαπένθης.
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκανον, ὅθ' οἱ κειμήλια κεῖτο,
Ἀτρείδης μὲν ἔπειτα δέπας λάβεν ἀμφικύπελλον,
Υἱὸν δὲ κρητῆρα φέρειν Μεγαπένθε' ἄνωγεν
Ἀργύρεον· Ἑλένη δὲ παρίστατο φωριαμοῖσιν,
Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, οὓς κάμεν αὐτή.
Τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑλένη φέρε, δῖα γυναικῶν,
Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος·
Ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν, ἔκειτο δὲ νείατος ἄλλων.
Βὰν δ' ἰέναι προτέρω διὰ δώματος, ἕως ἵκοντο
Τηλέμαχον· τὸν δὲ προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
Τηλέμαχ', ἤτοι νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ὥς τοι Ζεὺς τελέσειεν, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης.
Δώρων δ', ὅσσ' ἐν ἐμῷ οἴκῳ κειμήλια κεῖται,
Δώσω, ὃ κάλλιστον καὶ τιμηέστατον ἐστί·
Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον· ἀργύρεος δὲ

Non solus; simul cum-ipso Helena ivit et Megapenthes.
Sed quandò jam pervenissent, ubi ei bona-recondita jacebant,
Atrides quidem deindè poculum cepit rotundum,
Filium autem craterem portare Megapenthem jussit
Argenteum: Helena verò astitit arcis,
Ubi erant ei pepla omnigeno-artificio-varia, quæ elaboraverat ipsa.
Horum unum sublatum Helena ferebat, præstantissima mulierum,
Quod pulcherrimum erat ornatu-versicolori, et maximum;
Stella autem veluti resplendebat; jacebat verò ultimum omnium.
Perrexerunt autem ire ulteriùs per domum, donec pervenissent
Ad-Telemachum: hunc autem allocutus est flavus Menelaus;
"Telemache, sanè reditum, quemadmodum animo tuo cupis,
"Sic tibi Jupiter perficiat, altitonans maritus Junonis.
"Donorum autem, quotquot in meâ domo recondita jacent,
"Dabo, quod optimum et pretiosissimum est:
"Dabo tibi craterem elaboratum; argenteus autem

Ver. 101. —— ἵκανον, ὅθ' οἱ κειμήλια κεῖτο.] Ita edidit *Barnesius*. *Vulgg.* ὅθι οἱ. Quod versum perimit: nam ἵκανον *mediam* semper producit. Cæterùm MS. à *Tho. Bentleio* collatus habet ὅθι κειμήλια κεῖτο.

Ver. 102. et 120. —— ἀμφικύπελλον.] Κατὰ τὸν Δειπνοσοφιστὴν,] *Athenæum*, *lib.* XI. *cap.* 9.] ἀμφικύπελλον οὐδὲν ἄλλο σημαίνει, ἢ ὅτι ἦν ἀμφίκυρτον. Σιληνὸς δὲ, τὸ μὴ ἔχον ὦτα. *Eustath.* Ubi plures hujus vocis interpretationes affert. Vide et ad *Il. ά.* 584.

Ver. 104. —— φωριαμοῖσιν.] Ταῖς κιβωτοῖς. *Schol.*

Ver. 109. —— διὰ δώματος.] *Eustathius* videtur legisse διὰ δώματα.

Ibid. —— ἕως ἵκοντο.] "En," inquit *Barnesius*, "*Amphibrachyn* in *Sexto* loco." Minùs rectè. Pronuntiabatur enim ac si scriptum fuisset ὥσει ἵκοντο vel ὥσ' εἵκοντο. Vide ad *Il. ί.* 539. *Al.* εἷος ἵκοντο. Quod vix ullâ ratione ferri potest.

Ver. 115. Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον.]

Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis,
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monimentum et pignus amoris. *Æn.* V. 535.

Ibid. —— κρητῆρα τετυγμένον.] Quoniam *Menelaus Telemacho* δέπας ἀμφικύπελλον ipse tradere dicatur, infrà *ver.* 120. ideò per κρητῆρα τετυγμένον hoc in loco poculum istud intelligit Dna. *Dacier*. "Homére," inquit, "donne ici le même nom à la coupe "que Menelas met entre les mains de Te-

Ἐστὶν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται·
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ Φαίδιμος ἥρως,
Σιδονίων βασιλεὺς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν
Κεῖσέ με νοστήσαντα· τεῒν δ' ἐθέλω τόδ' ὀπάσσαι.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἀμφικύπελλον
Ἥρως Ἀτρείδης· ὁ δ' ἄρα κρητῆρα φαεινὸν
Θῆκ' αὐτοῦ προπάροιθε φέρων κρατερὸς Μεγαπένθης
Ἀργύρεον· Ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρηος,
Πέπλον ἔχουσ' ἐν χερσὶν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι,
Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν, πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην,

" Est totus, auro verò labra munita sunt;
" Opus verò Vulcani: donavit autem illum *mihi* Phædimus heros,
" Sidoniorum rex, quandò ejus domus suscepit
" Illic me in-reditu-profectum: tibi autem volo hoc præbere."
Sic locutus, in manibus ponebat poculum rotundum
Heros Atrides; craterem verò splendidum
Posuit ante ipsum ferens fortis Megapenthes
Argenteum: Helena autem astitit genas-pulchra,
Peplum habens in manibus, verbumque dixit, et compellabat;
" Donum tibi et ego, fili dilecte, hoc do,
" Monumentum Helenæ manuum, optabilium in nuptiarum tempus,

" lemaque, et à l'urne que Megapenthes " met à ses pieds; car il appelle l'une et " l'autre κρητῆρα." Quod nullo modo ferri potest. Apertissimè enim apud Poëtam distinguitur Poculum à Cratere permultis in locis, præsertim autem hîc *ver.* 102. 103. et *ver.* 120. 121.

Ibid. —— τετυγμένον.] Vide ad *Il.* ζ'. 488.

Ver. 117. —— Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο.] Δεῖ δὲ δέξασθαι πρὸς ὑπερβολὴν εἰρημένον τὸ, " Ἡ- " φαίστου ἔργον," ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα, τὰ καλὰ, καὶ Χαρίτων, καὶ Μουσῶν· ἐπεὶ ὅτι γε οἱ ἄνδρες [Σιδόνιοι] ἦσαν καλλίτεχνοι, δηλοῖ τὸν κρατῆρα ἐπαινῶν ὃν ὁ Εὔνεως ἔδωκεν ἀντὶ Λυκάονος· φησὶ γὰρ, [*Il.* ψ'. 742.] " —— κάλλει " ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν Πολλὸν, ἐπεὶ Σιδόνες " πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν." *Strabo, Geograph. lib.* I. *pag.* 70. *al.* 41.

Ibid. —— πόρεν δὲ ἑ Φαίδιμος ἥρως, Σιδονίων βασιλεὺς.] Vide suprà ad δ'. 617.

Ver. 119. Κεῖσε με νοστήσαντα.] *Barnesius* vocem νοστήσαντα hoc in loco non " *reversum*," sed " *profectum*," vertendam contendit. Νοστῆσαι, ἐπὶ τοῦ οἴκαδε ἐπανελθεῖν εἴρηται· κεῖται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐλθεῖν· " Κεῖσε με νοστήσαντα." *Phavorinus à Barnesio citatus.* Idque ex eo porrò confirmari existimat *Barnesius*, quòd cum voculâ κεῖσε conjuncta fit. Verùm cùm νοστεῖν isto sensu nusquam alibi apud *Homerum* occurrat, rectiùs fortassè *Eustathius*; Ἴσως δὲ (inquit) καὶ αὐτὸ [νοστῆσαι] ἐπὶ τοῦ οἴκαδε ἐπανελθεῖν εἴρηται. Εἰ γὰρ καὶ μὴ εἰς Σιδόνα ἐνόστησεν ὁ Μενέλαος, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκαδε παλιννοστεῖν ἐπλανήθη ἐκεῖ. Quin et alibi occurrit vox νοστήσαντα etiam cum voculâ κεῖσε conjuncta, ubi sensu vulgato planè usurpatur;

Κεῖσε με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Iliad. ψ'. 145.

Ver. 120. —— χερσὶ.] *Al.* χειρὶ.

Ver. 123. —— Ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρηος, Πέπλον ἔχουσ'.]

Nec minùs Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri subtemine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem ——.
Æn. III. 482.

Ver. 124. —— ἐν χερσὶν.] *Al.* ἐν χειρὶ.

Ver. 125. Δῶρον τοι καὶ ἐγὼ, —— Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν.] *Al.* Δῶρον τι καὶ ἐγὼ.

Accipe et hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint, puer, et longum Andromachæ testentur amorem. *Æn.* III. 486.

Ibid. —— τέκνον φίλε.] Vide suprà ad λ' 90. 91.

Ver. 126. —— πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην.] Τὸ δὲ, πολυηράτου, ἀμφιβολίαν ἔχει. Ἄδηλον γὰρ εἴτε πολυηράτου Ἑλένης ῥητέον, εἴτε γάμου πολυηράτου. *Eustath.* Verùm prior ista accipiendi ratio ad vocis πολυηράτου significa-

Σῇ ἀλόχῳ φορέειν· τείως δὲ φίλη παρὰ μητρὶ
Κείσθω ἐνὶ μεγάρῳ· σὺ δέ μοι χαίρων ἀφίκοιο
Οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
"Ως εἰποῦσ' ἐν χερσὶ τίθει· ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων.
Καὶ τὰ μὲν ἐς πείρινθα τίθει Πεισίστρατος ἥρως
Δεξάμενος, καὶ πάντα ἑῷ θηήσατο θυμῷ.
Τοὺς δ' ἦγε πρὸς δῶμα κάρη ξανθὸς Μενέλαος·
'Εζέσθην δ' ἄρ' ἔπειτα κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Πὰρ δὲ Βοηθοΐδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοίρας·
'Ωνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο·
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.

"Tuæ uxori gestandum; interim verò dilectam apud matrem
" Jacet in domo: tu autem mihi gaudens perveneris
" Domum ad benè-ædificatam, et tuam in patriam terram."
Sic locuta in manibus posuit, hic autem accepit gaudens.
Et hæc quidem in capsum posuit Pisistratus heros
Accepta; et omnia suo admiratus est animo.
Hos autem duxit ad domum capite flavus Menelaus:
Sederunt verò deindè in sedibusque, soliisque.
Aquam autem famula gutturnio infudit ferens
Pulchro, aureo, super argenteo lebete,
Ad-lavandum: juxtaque politam extendit mensam.
Panem verò veneranda proma apposuit ferens,
Ferculis multis impositis, gratificans de præsentibus.
Juxta autem Boëthœdes carnes dividebat, et distribuebat portiones;
Vinum verò fundebat filius Menelai inclyti:
Hi autem ad cibos paratos appositos manus extendebant.

---

tionem multò minùs apta; ad sententiam, cùm de se ipsa loquatur *Helena*, planè absurda. Vide infrà ad *ver.* 365. et ψ'. 354. Cæterùm deducta vox πολυήρατος non ex ἐρῶμαι, (penultimam enim tum necessariò produceret); sed ex ἔραμαι. Vide ad *Il.* ά. 67.

Ver. 127. Σῇ ἀλόχῳ φορέειν] Non, uti malè reddit *Barnesius*, "*Ut tuæ uxori portes;*" sed, ut rectè versio *Westeniana*, "*Tuae uxori gestandum.*" Aptiùs nimirùm congruit hæc interpretatio et cum reliquâ sententiâ, et cum ipsius vocis φορέειν significatione: Eodem enim sensu alibi apud Poëtam usurpatur hæc vox;

——— τὰ μὲν ὕστι καταθνητοῖσιν ἔοικεν
"Ανδρεσσιν φορέειν ———. *Iliad.* κ'. 440.

——— τότε δὲ Ζεὺς Ἕκτορι δῶκεν
Ἧ κεφαλῇ φορέειν ———. π'. 799.

Ver. 128. Κείσθω.] *Al.* Κεῖσθαι.

Ver. 130. ——— χερσὶ.] *Al.* χειρὶ.

Ver. 131. ——— πείρινθα.] Κιβώτιον τῆς ἁμάξης. *Schol.*

Ver. 139. Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα.] Deest hic versus in MSS. duobus à *Tho. Bentleio* collatis.

Ver. 140. ——— κρέα δαίετο.] Συστέλλει δὲ τὸ κρέα τὴν λήγουσαν ἐνταῦθα, ὡς ἀποκοπὴν παθὸν ἐκ τοῦ κρέατα. *Eustath.*

Ver. 141. 'Ωνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου.] 'Ωνοχόουν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός· "'Ωνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο." Καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν παισὶν ᾠνοχόησε. *Athenaeus, lib.* X. *cap.* 6.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
Καὶ τότε Τηλέμαχος καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱὸς
Ἵππους τε ζεύγνυντ', ἀνά θ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον·
Ἐκ δ' ἔλασαν προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου.
Τοὺς δὲ μέτ', Ἀτρείδης ἔκιε ξανθὸς Μενέλαος,
Οἶνον ἔχων ἐν χειρὶ μελίφρονα δεξιτερῆφι,
Χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαντε κιοίτην.
Στῆ δ' ἵππων προπάροιθε· δεδισκόμενος δὲ προσηύδα·
Χαίρετον, ὦ κούρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν
Εἰπεῖν· ἦ γάρ ἔμοιγε, πατὴρ ὣς, ἤπιος ἦεν,
Εἵως ἐν Τροίῃ πολεμίζομεν υἷες Ἀχαιῶν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Καὶ λίην κείνῳ γε, διοτρεφὲς, ὡς ἀγορεύεις,
Πάντα τάδ' ἐλθόντες καταλέξομεν· αἲ γὰρ ἐγὼν ὣς
Νοστήσας, Ἰθάκηνδε κιὼν, Ὀδυσεῖ ἐνὶ οἴκῳ
Εἴποιμ', ὡς παρὰ σεῖο τυχὼν φιλότητος ἁπάσης
Ἔρχομαι, αὐτὰρ ἄγω κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά.

At postquam potûs et cibi desiderium exemissent,
Utique tunc Telemachus et Nestoris illustris filius
Equosque junxerunt, currusque variegatos conscenderunt;
Exegerunt autem è vestibulo et porticu sonorâ.
Cum his verò Atrides ivit flavus Menelaus,
Vinum habens in manu dulce dextrâ,
Aureo in poculo, ut ubi-libâssent proficiscerentur.
Stetit autem equos ante; propinansque allocutus est;
" Valete, ô juvenes, et Nestori pastori populorum
" Dicite *salutem*; certè enim mihi, pater tanquam, mitis erat,
" Quamdiù in Trojâ pugnabamus filii Achivorum."
Hunc autem rursùs Telemachus prudens contrà allocutus est;
" Et omninò illi, Jovis-alumne, sicut dicis,
" Omnia hæc profecti narrabimus: utinam enim ego sic
" Reversus, in Ithacam ubi-venero, Ulyssi in domo
" Dixero, ut à te potitus amicæ-tractationis omnigenæ
" Veniam, afferam autem supellectilia multa et bona."

Ver. 144. Καὶ τότε.] *Al.* Δὴ τότε.

Ver. 146. —— αἰθούσης ἐριδούπου.] Ita ex Editt. Vett. rectè restituit *Barnesius*; ita enim in omnibus legitur *Iliad.* ώ. 323. *Odyss.* γ'. 399. 493. quin et ita hîc habet MS. à *Tho. Bentleio* collatus. *Vulgg.* ἐριγδούπου. Quod versum perimit.

Ver. 149. Χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα.] Nullâ analogiâ produci potest ultima vocis δέπαϊ. Vide ad *Il.* ά. 342. et ώ. 285. Cæterùm fortasse legendum Ἐν δέπαϊ χρυσέῳ, ὄφρα &c. scilicèt ut χρυσέῳ (uti sæpe fit) pronuntietur χρυσῷ. Ita certe alibi Poëta;

———————— ἐν δ' οἶνον ἔχευεν
Ἐν δέπαϊ χρυσέῳ ————. *Odyss.* ύ. 260.
Καὶ δέπαϊ χρυσέῳ δειδίσκετο, ——. σ'. 120.

Ver. 151. —— καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν Εἰπεῖν.] Nempè Εἰπεῖν, χαίρειν.

Ver. 152. —— πατὴρ ὣς, ἤπιος ἦεν.] Vide suprà ad β'. 47. et 234.

Ver. 153. Εἵως ἐν Τροίῃ] *Al.* Ἕως ἐνὶ Τροίῃ. Vide suprà ad *ver.* 109.

Ver. 157. —— κιὼν, Ὀδυσεῖ ἐνὶ οἴκῳ.] *Al.* κιχὼν Ὀδυσῆ ἐνὶ οἴκῳ. Cæterùm MS. à *Tho. Bentleio* collatus habet Ὀδυσῆϊ.

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ἀργὴν χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,
Ἥμερον ἐξ αὐλῆς· οἱ δ' ἰΰζοντες ἕποντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες· ὁ δέ σφισιν ἐγγύθεν ἐλθὼν
Δεξιὸς ἤϊξε πρόσθ' ἵππων, οἱ δὲ ἰδόντες
Γήθησαν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη.
Τοῖσι δὲ Νεστορίδης Πεισίστρατος ἤρχετο μύθων·
Φράζεο δή, Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Εἰ νῶϊν τόδ' ἔφηνε θεὸς τέρας, ἦε σοὶ αὐτῷ.
Ὣς φάτο· μερμήριξε δ' ἀρηΐφιλος Μενέλαος,
Ὅππως οἱ κατὰ μοῖραν ὑποκρίναιτο νοήσας.
Τὸν δ' Ἑλένη τανύπεπλος ὑποφθαμένη φάτο μῦθον·
Κλῦτε μευ, αὐτὰρ ἐγὼ μαντεύσομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ
Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω.
Ὣς ὅδε χῆν' ἥρπαξ', ἀτιταλλομένην ἐνὶ οἴκῳ,
Ἐλθὼν ἐξ ὄρεος, ὅθι οἱ γενεή τε, τόκος τε·
Ὣς Ὀδυσεὺς κακὰ πολλὰ παθὼν, καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς,
Οἴκαδε νοστήσει, καὶ τίσεται· ἠὲ καὶ ἤδη

Sic ei locuto supervolavit dextera avis,
Aquila album anserem ferens unguibus magnum,
Mansuetum è chorte; clamantes autem sequebantur
Viri et mulieres: hæc verò ipsos propè cum-venisset
Dextera emicuit ante equos: hi autem conspicati
Gavisi-sunt; et omnibus in mentibus animus lætatus est.
His autem Nestorides Pisistratus exordiebatur sermonem;
" Considera jam, Menelaë Jovis-alumne, princeps populorum,
" An nobis hoc ostenderit deus portentum, an tibi ipsi."
Sic dixit; cogitabat autem bellicosus Menelaus,
Quomodò ei ritè responderet meditatus.
Hunc autem Helena stolata præveniens dixit verbum;
" Audite me; at ego vaticinabor, sicut in animo
" Immortales suggerunt, et sicut perfectum-iri puto.
" Sicut hæc anserem rapuit, nutritum in domo,
" Profecta ex monte, ubi ei genusque, partusque;
" Sic Ulysses mala multa passus, et multùm vagatus,
" Domum redibit, et ulciscetur; aut etiam jam

Ver. 160. —— ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, Αἰετὸς ἀργὴν χῆνα φέρων.]

Namque volans rubrâ fulvus Jovis ales in æthrâ, ——
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis. *Æn.* XII. 247. 249.

Ver. 162. —— ἰΰζοντες.] Vide suprà ad ἰ. 394. et ad *Il.* δ'. 455.

Ver. 163. —— ὁ δὲ σφισὶν ἐγγύθεν ἐλθών.] Ita ex Editt. Vett. et ex *Eustathio* rectè restituit *Barnesius*: Atque ita habet MS. à *Tho. Bentleio* collatus. *Al.* ὁ δὲ σφιν ἐγγύθεν ἐλθών.

Ver. 164. —— οἱ δὲ ἰδόντες Γήθησαν.]

Tum verò augurium Rutuli clamore salutant. *Æn.* XII. 257.

Ver. 168. Εἰ νῶϊν.] *Al.* Ἦ νῶϊν.

Ver. 170. —— ὑποκρίναιτο.] Vide ad *Il.* ά. 309. 338.

Ver. 171. Τὸν δ'.] *Al.* Τὸν γ'.

Ibid. —— ὑποφθαμένη.] Vide ad *Il.* β'. 43.

Οἴκοι, ἀτὰρ μνηστῆρσι κακὸν πάντεσσι φυτεύει.
Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Οὕτω νῦν Ζεὺς θείη, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης,
Τῷ κέν τοι καὶ κεῖθι, θεῷ ὥς, εὐχετοῴμην.
Ἦ, καὶ ἐφ' ἵπποιϊν μάστιν βάλεν· οἱ δὲ μάλ' ὦκα
Ἤϊξαν πεδίονδε διὰ πτόλιος μεμαῶτες.
Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες·
Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο, Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
Υἱέος Ὀρσιλόχοιο, τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα.
Ἔνθα δὲ νύκτ' ἄεσαν· ὁ δὲ τοῖς πὰρ ξείνια θῆκεν.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ἵππους τε ζεύγνυντ', ἀνά θ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον·
Ἐκ δ' ἔλασαν προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου·
Μάστιξεν δ' ἐλάαν· τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.
Αἶψα δ' ἔπειθ' ἵκοντο Πύλου αἰπὺ πτολίεθρον·

"Domi *est*: quinetiam procis malum omnibus serit."
Hanc autem rursùs Telemachus prudens contrà allocutus est;
"Sic nunc Jupiter faciat, altitonans maritus Junonis;
"Ita tibi et illic, deo tanquàm, vota-fecerim."
Dixit: et equis flagellum incussit: hi autem valdè celeritèr
Ruerunt ad-campum per urbem prompti.
Ii verò toto die quatiebant jugum utrinque habentes:
Occidit autem sol, obumbrabanturque omnes viæ.
Ad Pheras vero pervenerunt, Dioclei ad domum,
Filii Orsilochi, quem Alpheus genuit filium.
Illic verò noctem peregerunt: is verò eis hospitalia apposuit.
Quandò verò manè-genita apparuit rosea-digitis aurora,
Equosque junxerunt, currusque variegatos conscenderunt;
Exegerunt autem è vestibulo et porticu sonorâ:
Flagellavit verò *Pisistratus*, ut inirent-cursum; ii autem non inviti volârunt.
Statim verò posteà venerunt ad Pyli altam urbem:

Ver. 178. —— ἀτὰρ μνηστῆρσι κακὸν πάντεσσι φυτεύει.] Ita edidit *Barnesius* ex *Odyss.* ρ΄. 159. ubi in omnibus ita scriptum occurrit; et ex *Eustathio*, qui in commentario hunc versum hoc modo citat; Οἴκοι ἐστὶ, μνηστῆρσι κακὸν πάντεσσι φυτεύων. Cum *Barnesio* porrò facit et MS. à *Tho. Bentleio* collatus. *Vulgg.* μνηστῆρσι κακὰ πάντεσσι φυτεύει. Quod et ipsum ferri posset. Vide ad *Il.* ά. 51.

Ver. 182. —— μάστιν.] Vide ad *Il.* ψ΄. 500.

Ver. 185. Δύσετο τ' ἠέλιος, σκιόωντο τε πᾶσαι ἀγυιαὶ.]

Vertitur intereà cœlum, et ruit Oceano nox,
Involvens umbrâ magnâ terramque polumque. *Æn.* II. 250.

Sol ruit intereà, et montes umbrantur opaci. *Æn.* III. 508.

Cæterùm vulgati hîc habent Δύσσετο τ' ἠέλιος, &c. *Barnesius* autem edidit Δύσετο recte; *Primam* enim produsit.

Ver. 186. Ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο.] *Al.* Ἐς δὲ Φηρὰς ἵκοντο· uti infrà *ver.* 296. Ἡ δὲ Φηρὰς ἐπέβαλλεν.

Ver. 187. —— Ὀρσιλόχοιο.] MS. à *Tho. Bentleio* collatus, Ὀρτιλόχοιο· Atque ita in pluribus Editionibus legitur suprà γ΄. 488. et infrà φ΄. 16.

Ver. 188. Ἔνθα δὲ νύκτ' ἄεσαν.] *Barnesius* sensum postulare existimat, ut scribatur Ἐνθάδε. Sed minùs rectè. Vide ad *Il.* θ΄. 160.

Ver. 191. —— ἐριδούπου.] *Al.* ἐριγδούπου. Vide suprà ad *ver.* 146.

Καὶ τότε Τηλέμαχος προσεφώνεε Νέστορος υἱόν·
  Νεστορίδη, πῶς κέν μοι ὑποσχόμενος τελέσειας
Μῦθον ἐμόν; ξεῖνοι δὲ διαμπερὲς εὐχόμεθ᾽ εἶναι
Ἐκ πατέρων φιλότητος· ἀτὰρ καὶ ὁμήλικές ἐσμεν·
Ἧδε δ᾽ ὁδὸς καὶ μᾶλλον ὁμοφροσύνῃσιν ἐνήσει.
Μή με παρὲξ ἄγε νῆα, διοτρεφὲς, ἀλλὰ λίπ᾽ αὐτοῦ,
Μή με γέρων ἀέκοντα κατάσχῃ ᾧ ἐνὶ οἴκῳ,
Ἱέμενος φιλέειν· ἐμὲ δὲ χρεὼν θᾶσσον ἱκέσθαι.
  Ὣς φάτο· Νεστορίδης δ᾽ ἄρ᾽ ἑῷ συμφράσσατο θυμῷ,
Ὅππως οἱ κατὰ μοῖραν ὑποσχόμενος τελέσειεν·
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι·
Στρέψ᾽ ἵππους ἐπὶ νῆα θοὴν, καὶ θῖνα θαλάσσης·
Νηῒ δ᾽ ἐνὶ πρύμνῃ ἐξαίνυτο κάλλιμα δῶρα,
Ἐσθῆτα, χρυσόν τε, τά οἱ Μενέλαος ἔδωκε·
Καί μιν ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
  Σπουδῇ νῦν ἀνάβαινε, κέλευέ τε πάντας ἑταίρους,
Πρὶν ἐμὲ οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι, ἀπαγγεῖλαί τε γέροντι·

Et tunc Telemachus allocutus est Nestoris filium;
" Nestoride, quomodo mihi pollicitus perfeceris
" Verbum meum? hospites autem penitùs gloriamur esse
" Ex patrum amicitiâ; atqui et æquales-ætate sumus:
" Hoc autem iter magìs concordiâ *nos* conjunget.
" Nè me præter navem agas, ô Jovis-alumne, sed relinque illic;
" Nè me senex invitum detineat suâ in domo,
" Cupiens amantèr-tractare: mihi autem opus *est* citò *domum*-pervenire."
Sic dixit: Nestorides autem suo consultabat animo,
Quomodo ei ritè pollicitus perficeret:
Sic verò ei cogitanti visum est satius esse:
Vertit equos ad navem velocem, et littus maris:
Navis autem in puppi depromebat pulchra dona,
Vestes, aurumque, quæ ei Menelaus dederat:
Et ipsum hortans verbis alatis allocutus est;
" Festinantèr nunc conscende, jubeque omnes socios;
" Priusquam ego domum ivero, renuntiaveroque seni:

Ver. 197. 201. —— φιλότητος —— φιλέειν.] Vide ad *Il*. ά. 338. et ύ. 304.

Ibid. —— ἐσμὲν.] *Al*. εἰμὲν.

Ver. 198. Ἧδε δ᾽ ὁδὸς.] *Al*. Ἡ δὲ ὁδὸς.

Ver. 199. Μὴ με παρὲξ ἄγε νῆα.] Μή με παρὰ τὴν φέρουσαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν ναῦν, ἐπ᾽ ἄλλην ὁδὸν ἐπάγῃς. *Schol*.

Ver. 200. Μὴ με γέρων.] *Al*. Μή μ᾽ ὁ γέρων.

Ver. 201. —— ἐμὲ δὲ χρεὼν θᾶσσον ἱκέσθαι.] Vide ad *Il*. κ΄. 43. Cæterùm *Eustathius* in commentario citat χρέω. Atque ita in pluribus codicibus scriptum reperit *Tho. Bentleius*. Quæ fortè et verior lectio; quia vox χρεὼν alibi apud *Homerum* non occurrit.

Ver. 204. Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.]

Hæc alternanti potior sententia visa est.
Æn. IV. 287.

Ver. 205. Στρέψ᾽ ἵππους ἐπὶ νῆα θοὴν.] Vide *Strabonem*, *Geograph. lib*. VIII. *pag*. 538. 539. *al*. 350.

Ver. 206. —— ἐνὶ.] *Al*. ἐπὶ.

Ver. 209. —— ἀνάβαινε.] *Al*. ἄμβαινε· ut infrà *ver*. 219. Cæterùm *Eustathius* exponit ἀνάπλει. Minùs rectè; ut liquet ex *ver*. 219. 221.

Ibid. —— κέλευε τε.] *Al*. κέλευε δὲ.

Εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπέρβιος· οὔ σε μεθήσει·
᾿Αλλ᾿ αὐτὸς καλέων δεῦρ᾿ εἴσεται· οὐδέ σε φημὶ
Ἂψ ἴεναι κενεόν· μάλα γὰρ κεχολώσεται ἔμπης.
῞Ως ἄρα φωνήσας ἔλασεν καλλίτριχας ἵππους
Ἂψ Πυλίων εἰς ἄστυ, θοῶς δ᾿ ἄρα δώμαθ᾿ ἵκανε.
Τηλέμαχος δ᾿ ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσεν·
᾿Εγκοσμεῖτε τὰ τεύχε᾿, ἑταῖροι, νηῒ μελαίνῃ·
Αὐτοί τ᾿ ἀμβαίνωμεν, ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο.
῞Ως ἔφαθ᾿· οἱ δ᾿ ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ᾿ ἐπίθοντο.
Αἶψα δ᾿ ἄρ᾿ εἴσβαινον, καὶ ἐπὶ κληῗσι κάθιζον.
Ἤτοι ὁ μὲν τὰ πονεῖτο, καὶ εὔχετο· θῦε δ᾿ ᾿Αθήνῃ
Νηῒ παρὰ πρύμνῃ· σχεδόθεν δέ οἱ ἤλυθεν ἀνὴρ
Τηλεδαπὸς, φεύγων ἐξ Ἄργεος, ἄνδρα κατακτὰς,
Μάντις· ἀτὰρ γενεήν γε Μελάμποδος ἔκγονος ἦεν,
Ὃς πρὶν μέν ποτ᾿ ἔναιε Πύλῳ ἔνι, μητέρι μήλων,
᾿Αφνειὸς Πυλίοισι μέγ᾿ ἔξοχα δώματα ναίων·
Δὴ τότε γ᾿ ἄλλον δῆμον ἀφίκετο, πατρίδα φεύγων,
Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυότατον ζωόντων,
Ὅς οἱ χρήματα πολλὰ τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν

"Benè enim ego hoc novi in mente et in animo,
"Qualis illius animus vehemens: non te dimittet,
"Sed ipse invitaturus huc veniet; neque te puto
"Retrò iturum vacuum: valdè enim irascetur omninò."
Sic utique locutus impulit pulchros-jubis equos
Retrò Pyliorum in urbem, celeritèrque domum pervenit.
Telemachus verò sociis hortans præcepit:
"Ordinate arma, socii, in nave nigrâ;
"Ipsique conscendamus, ut perficiamus iter."
Sic dixit: illi autem ei maximè quidem auscultârunt, et paruerunt.
Statim verò ingrediebantur, et in transtris-sedebant.
Atque is quidem hæc properabat, et supplicabat; sacraque faciebat Minervæ
Navis ad puppim; propè autem ad eum venit vir
Longinquus, fugiens ex Argo, viro interfecto,
Vates; at genere Melampodis proles erat,
Qui anteà quidem quondam habitabat in Pylo, genetrice ovium,
Dives inter Pylios valdè egregias ædes habitans:
Tunc demùm alium ad populum pervenit, patriam fugiens,
Neleumque magnanimum, clarissimum viventium,
Qui ei opes multas integrum in annum

Ver. 213. —— οὐδέ σε φημί.] *Al.* οὐδὲ ἑ φημί.

Ver. 215. —— ἔλασεν.] MS. unus à *Tho. Bentleio* collatus, ἵμασεν.

Ver. 218. —— τεύχε᾿.] Τὰ τῆς νεὼς ἐργαλεῖα. *Schol.*

Ver. 221. —— εἴσβαινον.] *Al.* ἔμβαινον.

Ver. 226. Ὃς πρὶν μέν.] *Melampus.*

Ver. 227. —— μέγ᾿.] *Al.* μέτ᾿.

Ver. 228. —— ἄλλον δῆμον ἀφίκετο, πατρίδα φεύγων.] Τουτέστιν εἰς Ἄργος ἦλθε, τὴν Πύλον φυγών. *Eustath.* Cæterùm MS. à *Tho. Bentleio* collatus, hîc legit ἄλλων δῆμον· uti infrà *ver.* 238.

Εἶχε βίῃ· ὁ δὲ τέως μὲν ἐνὶ μεγάροις Φυλάκοιο
Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
Εἵνεκα Νηλῆος κούρης, ἄτης τε βαρείης,
Τήν οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλῆτις Ἐριννύς.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἤλασε βοῦς ἐριμύκους
Ἐς Πύλον ἐκ Φυλάκης, καὶ ἐτίσατο ἔργον ἀεικὲς,
Ἀντίθεον Νηλῆα, κασιγνήτῳ τε γυναῖκα
Ἠγάγετο πρὸς δώμαθ'· ὁ δ' ἄλλων ἵκετο δῆμον,
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον· τόθι γάρ νύ οἱ αἴσιμον ἦεν
Ναιέμεναι πολλοῖσιν ἀνάσσοντ' Ἀργείοισιν·
Ἔνθα δ' ἔγημε γυναῖκα, καὶ ὑψερεφὲς θέτο δῶμα,
Γείνατο δ' Ἀντιφάτην καὶ Μάντιον, υἷε κραταιώ.
Ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν Ὀϊκλῆα μεγάθυμον·
Αὐτὰρ Ὀϊκλείης λαοσσόον Ἀμφιάρηον,
Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος, καὶ Ἀπόλλων,

Tenebat vi: ille verò tamdiù quidem in ædibus Phylaci
Vinculo in gravi ligatus erat, duros dolores patiens,
Gratiâ Nelei filiæ, noxæque gravis,
Quam ei in mente posuit dea gravis Erinnys.
Sed is quidem effugit mortem, et abegit boves mugitibus-præstantes
In Pylum ex Phylace, et ultus est factum indignum,
Deo-parem Neleum, fratrique uxorem
Duxit ad domum: ipse verò aliorum venit ad populum
In Argos equis-pascendis-aptum: ibi enim ei fatale erat
Habitare multis imperantem Argivis:
Ibi autem duxit uxorem, et altam posuit domum,
Genuitque Antiphatem et Mantium, filios fortes.
Antiphates quidem genuit Oïcleum magnanimum;
At Oïcleus populi-concitatorem Amphiaraum,
Quem ex-animo diligebat Jupiterque Ægiochus, et Apollo

Ver. 231. ——— τέως μὲν.] Ἕως τοῦ τελειωθῆναι τὸν ἐνιαυτὸν. *Schol.* Pronuntiabatur autem τῶς μὲν.

Ver. 232. Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ.] Vide suprà ad λ'. 292.

Ver. 233. Εἵνεκα Νηλῆος κούρης.] Πηρῦς. *Eustath.* Vide suprà ad λ'. 286.

Ver. 234. ——— δασπλῆτις Ἐριννύς.] Δυσπροσπέλαστος. *Schol.*

Ver. 236. ——— ἠδ' ἐτίσατο ἔργον ἀεικὲς, Ἀντίθεον Νηλῆα.] Vox τίομαι apud Poëtam, Voce *Mediâ*, sæpè de injuriâ, sæpè de injuriæ auctore *ulciscendo* usurpatur; Vide *Iliad.* γ'. 208. χ'. 20. *Odyss.* γ'. 306. ψ'. 31. Hîc autem videtur ἐτίσατο ad utrumque simul referri. Cæterùm *Scholiastes* sententiam ita exponit. Καὶ ἐτιμωρήσατο τὸν Νηλέα, ὑπομένων ἔργον χαλεπὸν.

Ver. 237. ——— κασιγνήτῳ τε.] Τῷ Βίαντι. *Schol.* ad λ'. 289. suprà. Cæterùm MS. à *Tho. Bentleio* collatus, hîc legit κασιγνήτῳ δὲ.

Ver. 240. ——— πολλοῖσιν ἀνάσσοντ'.] *Al.* πολλοῖσί τ' ἀνάσσων.

Ver. 241. ——— ἔγημε.] Vide suprà ad λ'. 272.

Ver. 242. ——— Μάντιον.] *Al.* Φήμιον. Atqui ejusdem iterùm meminit Poëta infrà *ver.* 249. Μάντιος αὖ τίκτε &c.

Ver. 245. Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος, καὶ Ἀπόλλων.] Τὸν δὲ Ἀμφιάραον φιλεῖν ὁ Ζεὺς μὲν λέγεται, ὡς βασιλικὸν ἄνδρα καὶ διὰ τοῦτο διογενῆ καὶ διοτρεφῆ· Ἀπόλλων δὲ, ὡς μάντιν. *Eustath.*

Παντοίην φιλότητ'· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδὸν,
'Αλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι, γυναίων εἵνεκα δώρων.
Τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντ' 'Αλκμαίων, 'Αμφίλοχός τε.
Μάντιος αὖ τέκετο Πολυφείδεά τε, Κλεῖτόν τε·
'Αλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν 'Ηὼς,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Αὐτὰρ ὑπέρθυμον Πολυφείδεα μάντιν 'Απόλλων
Θῆκε βροτῶν ὄχ' ἄριστον, ἐπεὶ θάνεν 'Αμφιάρηος·
Ὅς ῥ' 'Υπερησίηνδ' ἀπενάσσατο, πατρὶ χολωθεὶς,
Ἔνθ' ὅγε ναιετάων μαντεύετο πᾶσι βροτοῖσι.
Τοῦ μὲν ἄρ' υἱὸς ἐπῆλθε, Θεοκλύμενος δ' ὄνομ' ἦεν,
Ὃς τότε Τηλεμάχου πέλας ἵστατο· τὸν δ' ἐκίχανε
Σπένδοντ', εὐχόμενόν τε, θοῇ παρὰ νηΐ μελαίνῃ·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Omnigeno amore: neque pervenit *is ad* senectutis limen;
Sed periit Thebis, muliebrium gratiâ donorum.
Huic autem filii nati sunt Alcmæon, Amphilochusque.
Mantius rursùm genuit Polyphidemque, Clitumque:
Sed sanè Clitum aureum-solium-habens rapuit Aurora,
Pulchritudinem ob ipsius; ut immortalibus interesset.
At magnanimum Polyphidem vatem Apollo
Reddidit hominum longè optimum, postquam mortuus est Amphiaraus:
Qui scilicèt in Hyperesiam migravit, patri iratus;
Ubi ille habitans vaticinabatur omnibus mortalibus.
Hujus quidem filius advenit, Theoclymenus autem nomen *ei* erat.
Qui tunc prope Telemachum stetit: hunc verò deprehendit
Libantem, supplicantemque, velocem apud navem nigram;
Et ipsum affatus verba alata dixit;

Ver. 246. Παντοίην φιλότητ'.] Apud *Platonem*, loco jam infrà citato, Παντοίῃ φιλότητ'.

Ibid. —— οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.] Θεὸς γὰρ πεπρωμένης οὐκ ἀπολύει, ζῶντι δὲ ἀγαθῶν αἴτιος γίνεται· ἢ κατὰ τὸ Μενάνδρειον, "Ὃν οἱ θεοὶ "φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος." *Schol.* Secundum posteriorem interpretationem *Plato* in *Axiocho*; Οἱ θεοὶ (inquit) τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. 'Αγαμήδης γοῦν καὶ Τροφώνιος οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν.—Τὸν δ' 'Αμφιάραον,—"Τὸν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος "καὶ 'Απόλλων, Παντοίῃ φιλότητ'· οὐδ' ἵκετο "γήραος οὐδόν." Et *Plutarchus*: Οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριστος, ἀλλ' ὁ σπουδαιότατος·—τὸ γὰρ καλὸν οὐκ ἐν μήκει χρόνου θετέον, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ καὶ τῇ καιρίῳ συμμετρίᾳ· τοῦτο γὰρ εὔδαιμον καὶ θεοφιλὲς εἶναι νενόμισται. Διὰ τοῦτο γοῦν τοὺς ὑπεροχωτάτους τῶν ἡρώων καὶ φύντας ἀπὸ θεῶν, πρὸ γήρως ἐκλιπόντας τὸν βίον οἱ ποιηταὶ παρέδοσαν ἡμῖν. Ὥσπερ κἀκεῖνον, "Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ 'Α-"πόλλων Παντοίην φιλότητ'· οὐδ' ἵκετο γή-"ραος οὐδόν." *De Consolat. ad Apollonium.* Mihi autem videtur istud "οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδὸν" minimè ab ipso Poëtâ felicitati tribui; sed ex historiâ scilicèt acceptum simpliciter memorari. Uti exponit *Eustathius*; Τὸ δὲ "οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδὸν" ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀφελῶς εἰπεῖν δοκεῖ ὁ Ποιητὴς,—— αὐτὸ τὸ ὂν διηγούμενος.

Ver. 247. —— γυναίων εἵνεκα δώρων.] Τὸν ὅρμον ἐπὶ τῷ 'Αμφιαράῳ ἀκούσιον. *Schol.* Vide suprà ad λ'. 326.

Ver. 251. —— οἷο.] *Al.* εἷο.

Ibid. —— ἀθανάτοισι.] Vide ad *Il.* ά. 398.

Ver. 254. —— 'Υπερησίηνδ'.] Τυρίσιν εἰς 'Υπερησίαν, πόλιν Ἄργους. *Eustath.*

Ibid. —— πατρὶ.] *Mantio, ver.* 249.

Ver. 256. —— ἄρ'.] *Ut suprà dictum est* ——, *ver.* 223.

Ὦ φίλ᾽, ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷδ᾽ ἐνὶ χώρῳ,
Λίσσομ᾽ ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, αὐτὰρ ἔπειτα
Σῆς τ᾽ αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ ἑταίρων, οἵ τοι ἕπονται,
Εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μηδ᾽ ἐπικεύσῃς.
Τίς; πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Τὸν δ᾽ αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ᾽ ἀτρεκέως ἀγορεύσω·
Ἐξ Ἰθάκης γένος εἰμὶ, πατὴρ δέ μοι ἐστὶν Ὀδυσσεὺς,
'Ακτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπὶ πλατεῖ 'Ελλησπόντῳ·

" Manè utique tibi colligebamus alba ossa, Achilles,
" Vino in puro et unguento: dedit autem mater
" Auream amphoram, Bacchi verò donum
" Dicebat esse; opus autem inclyti Vulcani:
" In hâc tibi jacent alba ossa, illustris Achilles;
" Promiscuèque, Patrocli Menœtiadæ mortui:
" Separatim verò, Antilochi, quem maximè honorabas omnium
" Aliorum sociorum, post Patroclum utique mortuum.
" Circum hæc autem posteà magnum et insignem tumulum
" Congessimus Argivorum sacer exercitus bellicosorum,
" Littore in prominenti, ad latum Hellespontum;

Postquam collapsi cineres, et flamma quievit,
Reliquias vino et bibulam lavere favillam;
Ossaque lecta cado texit Chorinæus aheno. *Æn.* VI. 226.

Ver. 72. 'Ηῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστέ'.]

Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram:
Mœrentes altum cinerem et confusa ruebant
Ossa focis ——————. *Æn.* XI. 210.

Ibid. —— τοι.] *Al.* σοι.

Ver. 73. —— δῶκε δὲ μήτηρ Χρύσεον ἀμφιφορῆα.] Ita *Iliad.* ψ'. 91.

"Ως δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι,
Χρύσεος ἀμφιφορεὺς, τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ.

Ver. 76. 77. 'Ε τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀστέα, —— Μίγδα δὲ Πατρόκλοιο.] Ita nimirùm præceperat ipse *Achilles;*

—————————— αὐτὰρ ἔπειτα
'Οστέα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγωμεν,——
Καὶ τὰ μὲν ἐν χρυσέῃ φιάλῃ καὶ δίπλακι δημῷ
Θείομεν, εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼν ἄϊδι κεύθωμαι.
Iliad. ψ'. 238. 243.

Ver. 78. ——— τῖες.] Vide ad *Il.* δ'. 257. et ν'. 103.

Ver. 79. —— μετὰ Πάτροκλον γε θανόντα.] *Al.* μετ' ἀμύμονα Πατροκλῆα.

Ver. 80. —— ἔπειτα μέγαν καὶ ἀμύμονα τύμβον Χεύαμεν.] Ita videlicet (uti notavit Dna. *Dacier*) Græcis mandaverat *Achilles*, quum *Patrocli* exequias celebrabat *Iliad.* ψ'. 245.

Τύμβον δ' οὐ μάλα πολλὸν ἐγὼ πονέεσθαι ἄνωγα,
'Αλλ' ἐπιεικέα τοῖον· ἔπειτα δὲ καὶ τὸν 'Αχαιοὶ
Εὐρύν θ' ὑψηλόν τε τιθήμεναι, οἵ κεν ἐμεῖο
Δεύτεροι ἐν νήεσσι πολυκλήϊσι λίπησθε.

Porrò *Achillis* tumulum ad *Sigæum* Promontorium extitisse refert *Strabo:* Τοῦ μὲν οὖν 'Αχιλλέως (inquit) καὶ ἱερὸν ἐστὶ καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ· Πατρόκλου δὲ καὶ 'Αντιλόχου μνήματα· καὶ ἐναγίζουσιν οἱ 'Ιλιεῖς πᾶσι καὶ τούτοις, καὶ τῷ Αἴαντι. *Geograph. lib.* XIII. *pag.* 891. *al.* 596.

Ver. 81. —— 'Αργείων ἱερὸς στρατὸς.] 'Ιερὸν δὲ στρατὸν λέγει τὸν 'Ελληνικὸν, ὡς ὑπὲρ ἀρετῆς πολεμήσαντα τὸν δικαιότατον ἐκεῖνον πόλεμον. *Eustath.* Videtur autem Epitheton hoc, sicut δῖος, et similia, rem quâviscunque de causâ insignem denotare.

Ver. 82. 'Ακτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ.]

——————— *projecta*que saxa Pachyni.
Æn. III. 699.

Ibid. —— ἐπὶ πλατεῖ 'Ελλησπόντῳ.] De hâc phrasi, vide ad *Il.* ή. 86. ubi plures vocis πλατεῖ accipiendæ rationes afferuntur. Optima autem omnium videtur quæ simplicissima; nempè ut *Hellespontus* ideò πλατὺς dictus intelligatur, quòd indè Tumuli longè se aperiret prospectus. Quæ explicatio omninò firmatur ex hoc loco, ubi addit Poëta;

"Ως κεν τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη.

Ὥς κεν τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη
Τοῖς, οἳ νῦν γεγάασι, καὶ οἳ μετόπισθεν ἔσονται.
Μήτηρ δ', αἰτήσασα θεοὺς, περικαλλέ' ἄεθλα
Θῆκε μέσῳ ἐν ἀγῶνι ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν.
Ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα
Ἡρώων, ὅτε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος
Ζώννυνταί τε νέοι, καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα·
Ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ,
Οἷ' ἐπὶ σοὶ κατέθηκε θεὰ περικαλλέ' ἄεθλα,
Ἀργυρόπεζα Θέτις· μάλα γὰρ φίλος ἦσθα θεοῖσιν.
Ὣς σὺ μὲν οὐδὲ θανὼν ὄνομ' ὤλεσας, ἀλλά τοι αἰεὶ
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους κλέος ἔσσεται ἐσθλὸν, Ἀχιλλεῦ·
Αὐτὰρ ἐμοὶ τί τόδ' ἦδος, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσα;
Ἐν νόστῳ γάρ μοι Ζεὺς μήσατο λυγρὸν ὄλεθρον,

" Ut longè-conspicuus ex ponto viris esset
" Iis, qui nunc nati sunt, et qui in-futurum erunt.
" Mater autem, diis rogatis, perpulchra certamina
" Posuit medio in circo optimatibus Achivorum.
" Jamjam quidem multorum funeri virorum interfui
" Heroüm, quandocunque *fit ut* mortuo rege
" Cinganturque juvenes, et parent certamina;
" Sed illa maximè conspicatus mirabar animo,
" Qualia super te deposuit dea perpulchra certamina,
" Argentea-pedibus Thetis: valdè enim charus eras diis.
" Sic tu quidem neque mortuus nomen perdidisti, sed tibi semper
" Omnes apud homines gloria erit eximia, Achilles:
" At mihi quæ ea voluptas, postquam bellum confeceram?
" In reditu enim mihi Jupiter molitus est grave exitium,

Ver. 83. ——— ποντόφιν.] Vide ad *Il.* ν'. 588.

Ibid. ——— εἴη.] *Eustathius* in commentario legit εἴης.

Ver. 87. —— ἀντεβόλησα.] *Eustathius* in commentario citat, ἀντεβόλησας· Quæ lectio (uti notat *Barnesius*) refutatur ex *ver.* 90. infrà; " Ἀλλὰ κε κεῖνα μάλιςα ἰδὼν ἐτεθή-" πεα θυμῷ·" nisi ibi pro ἐτεθήπεα legas vel θηήσαο, uti habet MS. à *Tho. Bentleio* collatus, Editionesque nonnullæ; vel ἐτεθήπεο, aut ἐτεθήπεας, (pronuntiando scilicèt ἐτεθήπης·) quarum lectionum hîc meminit *Eustathius*. Ac similis quidem loquendi ratio occurrit suprà λ'. 417.

Ἀλλὰ κε κεῖνα μάλιςα ἰδὼν ὀλοφύραο θυμῷ.

Ver. 88. ——— ἀποφθιμένε.] Vide ad *Il.* β'. 43.

Ver. 89. Ζώννυνται τε νέοι.] Ἐν περιζώμασιν ἀγωνίζονται. *Schol.* Vide ad *Il.* ψ'. 710.

Ver. 90. Ἀλλὰ κε κεῖνα μάλιςα ἰδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ.] Apud *Eustathium* in commentario legitur Ἀλλά γε κεῖνα &c. " Quæ " particula γε," ut rectè hîc annotat *Henricus Stephanus*, " cum ἐτεθήπεα videri e-" tiam aptior posset quàm κε. Hanc enim " cum ἐτεθήπεα retinentes, otiosam esse " sive παραπληρωματικὴν dicemus. At si " ἐτεθήπεας legamus, aut θηήσαο, (ut habet " Flor. Editio;) erit necessaria κε, pro ἄν." Vide suprà ad *ver.* 87.

Ver. 93. —— ἐδὲ θανὼν ὄνομ' ὤλεσας, &c.] Vide ad *Il.* ι'. 413. item infrà ad *ver.* 195. *hujus libri.*

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, ἐκ ἀπόλλυται·
Ζῇ δ', ἔτ' ὄντος σώματος· ———
Euripid. Fragmentum, quod inscribitur Τήμενος, ἢ Τημενίδαι, *ver.* 1.

—— nomenque erit indelebile nostrum.
Ovid. Metam. lib. XV. *ver.* 876.

——— famam extendere factis,
Hoc virtutis opus ———.
Æn. X. 468.

Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶ, καὶ οὐλομένης ἀλόχοιο.
  Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε διάκτορος Ἀργειφόντης,
Ψυχὰς μνηστήρων κατάγων, Ὀδυσῆϊ δαμέντων·
Τὼ δ' ἄρα θαμβήσαντ' ἰθὺς κίον, ὡς ἐσιδέσθην·
Ἔγνω δὲ ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο
Παῖδα Μελανθῆος, τὸν ἀγακλυτὸν Ἀμφιμέδοντα·
Ξεῖνος γάρ οἱ ἔην, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκία ναίων.
Τὸν προτέρη ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀτρείδαο·
  Ἀμφίμεδον, τί παθόντες ἐρεμνὴν γαῖαν ἔδυτε,
Πάντες κεκριμένοι καὶ ὁμήλικες; οὐδέ κεν ἄλλος
Κρινάμενος λέξαιτο κατὰ πτόλιν ἄνδρας ἀρίστους.
Ἦ ὔμμ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν,
Ὄρσας ἀργαλέους ἀνέμους καὶ κύματα μακρά;
Ἦ που ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου,
Βοῦς περιταμνομένους ἠδ' οἰῶν πώεα καλά;

" Ægisthi sub manibus, et perditæ uxoris."
Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Prope autem ipsos venit internuncius Argicida,
Animas procorum deducens, ab Ulysse domitorum:
Illi verò proindè attoniti rectà iverunt, ut intuitu sunt:
Cognovit autem anima Agamemnonis Atridæ
Filium Melanthii, inclytum Amphimedontem;
Hospes enim ei erat, in Ithacâ ædes habitans.
Hunc prior anima alloquebatur Atridæ;
" Amphimedon, quid passi obscuram terram subiistis,
" Omnes selecti et coætanei? neque alius sic
" Habito-delectu elegisset per urbem viros optimos.
" Num vos in navibus Neptunus domuit,
" Excitatis sævis ventis et fluctibus ingentibus?
" An alicubi hostiles viri multârunt in terrâ,
" Boves prædantes et ovium greges pulchros?

Ver. 97. Αἰγίσθυ ὑπὸ χερσὶ.] Vide suprà ad λ'. 408. &c. ubi historiam hanc fusiùs *Ulyssi* narrat *Agamemnon.*

Ver. 99. —— διάκτορος Ἀργειφόντης.] Vide suprà ad ϐ'. 338. item *Phurnutum, de Naturâ Deorum, cap.* 16.

Ver. 101. Τὼ δ' ἄρα θαμβήσαντ'.] *Achilles* et *Agamemnon.* Vide ad *Il.* ά. 566.

Ver. 103. Παῖδα Μελανθῆος, τὸν ἀγάκλυτον.] Ita *Barnesius;* pro vulgato Παῖδα Μελανθῆος ἀγάκλυτον. Cæterùm MS. à *Tho. Bentleio* collatus hîc legit Παῖδα φίλον Μελανῆος, ἀγάκλυτον.

Ver. 104. —— γάρ οἱ.] *Al.* γάρ τοι.

Ver. 106. —— τί παθόντες ἐρεμνὴν γαῖαν ἔδυτε.]

Quinam te, qui casus, ait, dux maxime, fessæ
Eripuit patriæ ——————.
Silius Ital. lib. XIII. 450.

Ver. 107. —— ὐδέ κεν ἄλλος.] MS. à *Tho. Bentleio* collatus, ὐδέ κεν ἄλλως. Cujus lectionis meminit et *Eustathius.*

Ver. 112. Βῦς περιταμνομένυς.] Ita Vulgati; atque ita MS. à *Tho. Bentleio* collatus. *Barnesius* autem ex conjecturâ edidit Βῦς περιμαρναμένυς. Sed rationibus, ut opinor, haud satìs idoneis. Vide suprà ad λ'. 401. ubi idem locus occurrit. Nec dissimilitèr usurpatur vox ἀπεταμνέτο in *Hymno* ad *Mercurium, Homero* vulgò ascript. *ver.* 74.

Πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βῦς ἐριμύκυς.

Porrò *Scholiastes* vocem περιταμνομένυς hoc in loco exponit, περιελαύνοντας.

Ibid. —— καλά·] Similitèrque infrà *ver.* 205. καλόν. Vide ad *Il.* β'. 43.

Ἠὲ περὶ πτόλιος μαχεούμενοι ἠδὲ γυναικῶν;
Εἰπέ μοι εἰρομένῳ· ξεῖνος δέ τοι εὔχομαι εἶναι.
Ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε κεῖσε κατήλυθον ὑμέτερον δῶ,
Ὀτρυνέων Ὀδυσῆα, σὺν ἀντιθέῳ Μενελάῳ,
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕπεσθαι, ἐϋσσέλμων ἐπὶ νηῶν;
Μηνὶ δ' ἄρ' οὔλῳ πάντα περήσαμεν εὐρέα πόντον,
Σπουδῇ παρπεπιθόντες Ὀδυσσῆα πτολίπορθον.
Τὸν δ' αὖτε ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀμφιμέδοντος·
Ἀτρεΐδη κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
Μέμνημαι τάδε πάντα, καὶ ἀτρεκέως καταλέξω
Ἡμετέρου θανάτοιο κακὸν τέλος, οἷον ἐτύχθη.
Μνώμεθ' Ὀδυσσῆος δὴν οἰχομένοιο δάμαρτα·
Ἡ δ' οὐδ' ἠρνεῖτο στυγερὸν γάμον, οὔτ' ἐτελεύτα,

" An de urbe pugnantes *occubuistis*, et mulieribus?
" Dic mihi interroganti; hospitem autem tibi profiteor me esse.
" An non meministi, quandò illuc veni ad vestram domum,
" Hortaturus Ulyssem, cum deo-pari Menelao,
" Ad Ilium unà ut-comitaretur, benè-transtris-instructis in navibus?
" Mense autem deindè toto omnem transivimus latum pontum,
" Ubi vix tandem persuasissemus Ulyssi urbium-vastatori."
Eum autem rursùs anima alloquebatur Amphimedontis;
" Atride, gloriosissime, rex virorum Agamemnon,
" Memini hæc omnia, et accuratè enarrabo
" Nostræ mortis malum finem, qualis contigerit.
" Ambiebamus Ulyssis diù absentis uxorem;
" Hæc autem neque negabat odiosas nuptias, neque perficiebat,

---

Ver. 113. Ἠὲ περὶ πτόλιος μαχεούμενοι, ἠδὲ γυναικῶν;] Versum hunc ita interpretatur *Spondanus*; "*Aut in bello, tutandæ civitatis et mulierum causâ, occubuerint.*" Rectiùs autem (ut opinor) reddit Dna. *Dacier*; "*Ou devant quelque ville que vous ayez attaquée pour la piller, et pour emmener les femmes captives?*" Quo modo accepisse videtur et *Eustathius* in commentario ad λ΄. 402. suprà, ubi idem locus occurrit. Hoc nimirùm sensu eandem phrasin alibi usurpat Poëta, ubi nec ullus intellectui ambiguo locus:

——————— ἐκ ἐθελήσει.
Μίμνειν ἐν πεδίῳ, ὅθι περ Τρῶες κ' Ἀχαιοὶ
Ἐν μέσῳ ἀμφότεροι μένος Ἄρηος δατέονται·
Ἀλλὰ περὶ πτόλιος τε μαχήσεται ἠδὲ γυναικῶν. *Iliad.* σ΄. 262.

Ver. 115. Ἦ ἐ μέμνῃ.] Vide ad *Il.* ό. 18. Ita apud *Euripidem*;

Ἦ ἐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς &c. *Orest. ver.* 596.

Ver. 118. Μηνὶ δ' ἄρ' ἔλῳ πάντα περήσαμεν εὐρέα πόντον, Σπυδῇ παρπεπιθόντες·] *Eustathius* istud "Μηνὶ δ' ἄρ' ἔλῳ" non ad περήσαμεν, sed ad sequentem παρπεπιθόντες, refert. Τοίνυν (inquit) μηνὶ ὅλῳ τὸν Ὀδυσσέα πείσαντες, φησὶν, ἐπεράσαμεν πόντον. Et paulò inferiùs; Μηνὶ γὰρ ὅλῳ κατειργάσαντο διὰ πειθῦς ἐκεῖνον. Quod tamen durius videtur.

Ibid. —— περήσαμεν.] Vide ad *Il.* ά. 67.

Ver. 119. Σπυδῇ παρπεπιθόντες.] Οἷα κατὰ σύνεσιν, ἢ κ' ἐκ μαντείας, εἰδότα τὸ τῆς Τρωϊκῆς μάχης δυσαποτέλεστον. *Eustath.* Similitèr *Scholiastes*: Ἤθελε δὲ κρύπτειν ἑαυτὸν ὁ Ὀδυσσεὺς, μὴ βυλόμενος στρατεύεσθαι, ἐ διὰ δειλίαν, ἀλλ' ὡς συνετὸς ἀνὴρ, ὁρῶν τὸ μέγεθος τῦ πολέμυ. Ὅθεν εἰκὸς τὸν Ἀγαμέμνονα παρὰ τῷ Ἀμφιμέδοντι [*Barnesius* ex *Eustathio* legendum vult παρὰ τοῖς τῦ Ἀμφιμέδοντος] μένειν, κ' ἐ παρὰ τῷ Ὀδυσσεῖ. *Scholion*, ex MS. à *Barnesio* suppletum.

Ver. 121. 122. Ἀτρεΐδη κύδιστε, &c.] Fuerunt, notante *Barnesio*, qui versus hosce duos hoc modo legerint;

Μέμνημαι τάδε πάντα, διοτρεφὲς, ὡς ἀγορεύεις·
Σοὶ δ' ἐγὼ εὖ μαλὰ πάντα κ' ἀτρεκέως καταλέξω·

Ἧμιν φραζομένη θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν·
Ἀλλὰ δόλον τόνδ' ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μερμήριξε·
Στησαμένη μέγαν ἱστὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὕφαινε,
Λεπτὸν καὶ περίμετρον· ἄφαρ δ' ἡμῖν μετέειπε·
Κοῦροι, ἐμοὶ μνηστῆρες, ἐπεὶ θάνε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Μίμνετ' ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον, εἰσόκε φᾶρος
Ἐκτελέσω, (μή μοι μεταμώλια νήματ' ὄληται,)
Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον, εἰσότε κέν μιν
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέος θανάτοιο·
Μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιϊάδων νεμεσήσῃ,
Αἴκεν ἄτερ σπείρου κεῖται, πολλὰ κτεατίσσας.
Ὣς ἔφαθ'· ἡμῖν δ' αὖτ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ.
Ἔνθα κεν ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν,
Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο.
Ὣς τρίετες μὲν ἔληθε δόλῳ, καὶ ἔπειθεν Ἀχαιούς·
Ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἦλθεν ἔτος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι,
Μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη·
Καὶ τότε δή τις ἔειπε γυναικῶν, ἣ σάφα ᾔδη,

" Nobis meditans mortem et fatum atrum:
" Sed dolum hunc alium in mente excogitavit;
" Exorsa magnam telam in ædibus texebat,
" Subtilem et immensam: statim autem inter nos dixit;
' Juvenes, mei proci, quandoquidem mortuus est nobilis Ulysses,
' Manete urgentes *licèt* meas nuptias, donec vestimentum
' Perfecero, (nè mihi vana fila pereant,)
' Laërti heroï sepulchrale; in-*tempus* quo ipsum
' Fatum perniciosum corripuerit perennis mortis:
' Nequa mihi in populo Achivarum succenseat,
' Si sine vestimento jaceat, multa qui possedit.'
" Sic dixit: nobis verò persuasus est animus generosus.
" Tunc interdiù quidem texebat magnam telam,
" Noctu autem dissolvebat, postquam faces adhibuerat.
" Sic triennium quidem latebat dolo, et persuadebat Achivis:
" Sed quandò quartus venit annus, et advenerunt horæ,
" Mensibus exeuntibus, diesque multi circumacti sunt;
" Utique tunc demùm aliqua dixit mulierum, quæ certè nôrat;

Ver. 128. &c. Στησαμένη &c.] Occurrit idem hic locus suprà β'. 94. &c. item τ'. 139. &c.

Ver. 132. —— μεταμώλια.] *Al.* μεταμώνια.

Ver. 133. —— εἰσότε.] *Al.* εἰσόκε.

Ver. 138. Ἔνθα κεν ἠματίη.] Vide suprà ad τ'. 149.

Ver. 139. Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν.] Vide suprà ad τ'. 150.

Ibid. et *ver.* 144. —— ἀλλύεσκεν, —— ἀλλύουσαν.] *Al.* ἀναλύεσκεν, —— ἀναλύουσαν.

Ibid. —— παραθεῖτο] *Al.* παραθεῖεν, et παραθῆται.

Ver. 140. —ἔληθε.] Vide suprà ad λ'. 101.

Ibid. —— ἔπειθεν.] *Al.* ἔθελγεν.

Ver. 142. Μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη.] " Hic versus (inquit *Henricus Stephanus*) in vulg. Edit. non habetur, et ex aliis locis huc irrepsisse videri potest." Ac in omnibus quidem, suprà libro β'. post *ver.* 107. omittitur hic versus. Occurrit autem, τ'. 153.

Καὶ τήν γ' ἀλλύουσαν ἐφεύρομεν ἀγλαὸν ἱστόν.
Ὣς τὸ μὲν ἐξετέλεσσε, καὶ οὐκ ἐθέλουσ', ὑπ' ἀνάγκης.
Εὖθ' ἡ φᾶρος ἔδειξεν, ὑφήνασα μέγαν ἱστὸν,
Πλύνασ', ἠελίῳ ἐναλίγκιον, ἠὲ σελήνῃ·
Καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων
Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιὴν, ὅθι δώματα ναῖε συβώτης·
Ἔνθ' ἦλθεν φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο,
Ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος ἰὼν σὺν νηῒ μελαίνῃ·
Τὼ δὲ μνηστῆρσιν θάνατον κακὸν ἀρτύναντε,
Ἵκοντο προτὶ ἄστυ περικλυτόν· ἤτοι Ὀδυσσεὺς
Ὕστερος, αὐτὰρ Τηλέμαχος πρόσθ' ἡγεμόνευε·
Τὸν δὲ συβώτης ἦγε, κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα,
Πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον, ἠδὲ γέροντι,
Σκηπτόμενον· τὰ δὲ λυγρὰ περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.
Οὐδέ τις ἡμείων δύνατο γνῶναι τὸν ἐόντα,
Ἐξαπίνης προφανέντ', οὐδ' οἱ προγενέστεροι ἦσαν·
Ἀλλ' ἔπεσίν τε κακοῖσιν ἐνίπτομεν, ἠδὲ βολῇσιν.
Αὐτὰρ ὁ τέως μὲν ἐτόλμα ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσι
Βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος, τετληότι θυμῷ·

" Et ipsam dissolventem invenimus egregiam telam.
" Sic id quidem perfecit, etiam nolens, ex necessitate.
" Quandò illa vestimentum ostendit, ubi-texuerat magnam telam,
" *Et* laverat, Soli similem, vel Lunæ;
" Tunc demùm Ulyssem malus alicundè duxit deus
" Agri in extremitatem, ubi ædes habitabat subulcus:
" Illuc venit charus filius Ulyssis divini,
" Ex Pylo arenosâ reversus cum navi nigrâ:
" Hi verò procis mortem malam moliti.
" Venerunt ad urbem inclytam; sanè Ulysses
" Posterior, et Telemachus antè præibat:
" Illum vorò subulcus duxit, mala corpore vestimenta habentem,
" Mendico misero similem, et seni,
" *Baculo* innitentem; turpia autem circum corpus vestimenta indutus erat.
" Neque quisquam nostrûm potuit cognoscere ipsum esse,
" Ubi derepentè se-ostendit, neque qui majores-natu erant:
" Sed verbisque malis incessimus et ictibus.
" At ille ad-tempus quidem tolerabat in ædibus suis
" Percussus et objurgatus, patienti animo:

Ver. 146. —— ὑφήνασα.] *Barnesius* inter varias lectiones retulit ὑφηναμένη· quod et ipse præfert. Sed, ut videtur, minùs rectè. Nusquam enim apud *Homerum* occurrit verbum hoc Voce *Mediâ*. Vide et suprà ad ί. 491.

Ver. 147. Πλύνασ'.] Similiterque infrà ver. 152. ἀρτύναντε· Vide ad *Il.* ά. 309. 338. et χ'. 153. 155.

Ver. 149.—ἐπ' ἐσχατιὴν.] *Al.* ἐπ' ἐσχατιῆς.

Ver. 160. —— ἐνίπτομεν.] *Al.* ἐνίσσομεν. Quo modo et in commentario citat *Eustathius*. Ita infrà *ver.* 162. Βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος.

Ἀλλ' ὅτε δή μιν ἔγειρε Διὸς νόος Αἰγιόχοιο,
Σὺν μὲν Τηλεμάχῳ περικαλλέα τεύχε' ἀείρας,
Ἐς θάλαμον κατέθηκε, καὶ ἐκλήϊσσεν ὀχῆας·
Αὐτὰρ ὁ ἣν ἄλοχον πολυκερδείῃσιν ἄνωγε
Τόξον μνηστήρεσσι θέμεν πολιόν τε σίδηρον,
Ἡμῖν αἰνομόροισιν ἀέθλια, καὶ φόνου ἀρχήν.
Οὐδέ τις ἡμείων δύνατο κρατεροῖο βιοῖο
Νευρὴν ἐντανύσαι, πολλὸν δ' ἐπιδευέες ἦμεν·
Ἀλλ' ὅτε χεῖρας ἵκανεν Ὀδυσσῆος μέγα τόξον,
Ἔνθ' ἡμεῖς μὲν πάντες ὁμοκλέομεν ἐπέεσσι,
Τόξον μὴ δόμεναι, μηδ' εἰ μάλα πόλλ' ἀγορεύοι·
Τηλέμαχος δέ μιν οἶος ἐποτρύνων ἐκέλευσεν·
Αὐτὰρ ὁ δέξατο χειρὶ πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Ῥηϊδίως δ' ἐτάνυσσε βιόν, διὰ δ' ἧκε σιδήρου.
Στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰών, ταχέας δ' ἐκχεύατ' ὀϊστούς,
Δεινὸν παπταίνων· βάλε δ' Ἀντίνοον βασιλῆα.

"Sed quandò demùm ipsum sucitavit Jovis mens Ægiochi;
"Cum quidem Telemacho perpulchra arma sublata,
"In thalamum deposuit, et obdidit pessulos:
"At ipse suam uxorem multo-astu jussit
"Arcum procis ponere, canumque ferrum,
"Nobis infortunatis certamina, et cædis principium.
"Neque quisquam nostrûm poterat validi arcûs
"Nervum intendere; valdè autèm impares eramus:
"Sed quandò in manus pervenit Ulyssis magnus arcus;
"Tunc nos quidem omnes increpabamus verbis *subulcum*,
"Arcum nè daret, neque si valdè multa *is* diceret;
"Telemachus verò eum solus hortans jussit:
"At ipse accepit manu multa-passus nobilis Ulysses;
"Facilèque tetendit arcum, misitque *sagittam* per ferrum.
"Stetit autem deindè super limen profectus, velocesque effudit sagittas
"Horrendùm circumspectans; percussit verò Antinoum regem.

Ver. 163. —— μιν ἔγειρε Διὸς νόος.] Similitèr apud *Virgilium*;

—— hominum sator atque Deorum —
———— Tarchontem in prælia sæva
Suscitat, et stimulis haud mollibus incitat iras. *Æn.* XI. 725. 727.

———— animum viresque Latinis.
Addidit, et stimulos acres sub pectore vertit. *Æn.* IX. 717.

Ver. 165. —— καὶ ἐκλήϊσσεν ὀχῆας.] Τουτέστι μοχλούς· τούς τε τῆς γυναικωνίτιδος, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλήν. *Eustath.* Vide suprà ad φ΄. 236. 389.

Ibid. —— ἐκλήϊσσεν.] Ita rectè hîc Vulgati. Vide suprà ad τ΄. 30.

Ver. 166. Αὐτὰρ ὁ ἣν ἄλοχον πολυκερδείῃσιν ἄνωγε Τόξον μνηστήρεσσι θέμεν.] *Eustathius* dictum hoc *Amphimedontis* falsum arguit. "Ἔνθα (inquit) ὅ τ' ἄλλα πρὸς ἀλήθειαν εἰπὼν Ἀμφιμέδων, ὑποψεύδεται. Οὐ γὰρ καθὰ τὸ εἴδωλον τὴν τοῦ τόξου θέσιν οἴεται πολυκερδείαις Ὀδυσσέως γενέσθαι, οὕτω καὶ τ' ἀληθὲς εἰς τὸ πᾶν ἔχει· ἀλλ' ἐβουλεύσατο μὲν αὐτὸ ἡ Πηνελόπη πρώτη, ἐπέκρινε δὲ Ὀδυσσεύς. Vide suprà ad τ΄. 572. 584. Attamen, ut rectè respondet *Barnesius*, "licèt hoc non esset verum, "verisimile tamen visum est, ita *Procos* "existimare, quandò audirent *Ulyssem* se "palàm agnoscentem."

Ver. 167. —— πολιόν τε σίδηρον.] Vide suprà ad φ΄. 3.

Ver. 172. Ἔνθ' ἡμεῖς μὲν πάντες ὁμοκλέομεν.] Vide suprà φ΄. 360,

Ver. 178. Δεινὸν παπταίνων.] *Barnesius*

Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλοις ἐφίει βέλεα στονόεντα,
Ἄντα τιτυσκόμενος· τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον.
Γνωτὸν δ' ἦν, ὅ ῥά τίς σφι θεῶν ἐπιτάῤῥοθος ἦεν.
Αὐτίκα γὰρ κατὰ δώματ' ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ,
Κτεῖνον ἐπιστροφάδην· τῶν δὲ στόνος ὤρνυτ' ἀεικὴς,
Κράτων τυπτομένων, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν.
Ὡς ἡμεῖς, Ἀγάμεμνον, ἀπωλόμεθ', ὧν ἔτι καὶ νῦν
Σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος·
Οὐ γάρ πω ἴσασι φίλοι κατὰ δώμαθ' ἑκάστου,
Οἵ κ' ἀπονίψαντες μέλανα βρότον ἐξ ὠτειλέων,
Κατθέμενοι γοάοιεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Τὸν δ' αὖτε ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀτρείδαο·
Ὄλβιε Λαέρταο πάϊ, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Ἦ ἄρα σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ ἐκτήσω ἄκοιτιν.

" At posteà aliis immittebat tela luctuosa,
" Ex-adverso collimans; illi verò conferti cadebant.
" Manifestum autem erat, quòd aliquis ipsis deorum adjutor esset:
" Statim enim per ædes sequentes impetum suum,
" Interficiebant quaquaversùm: illorum verò gemitus oriebatur fœdus,
" Capitibus percussis; pavimentum autem totum sanguine undabat.
" Sic nos, Agamemnon, periimus; quorum adhuc etiam nunc
" Corpora neglecta jacent in ædibus Ulyssis.
" Nondum enim sciunt amici in ædibus cujusque,
" Qui abluto atro tabo ex vulneribus,
" Depositos lugerent; hic enim honor est mortuorum."
Illum autem rursùs anima alloquebatur Atridæ;
" Felix Laertæ fili, solers Ulysses;
" Profectò utique cum magnâ virtute potitus es uxore.

---

vertit, "*Acritèr collimans:*" Alii, "*Rectà* "*collimans.*" Sed minùs rectè. Vide ad *Iliad.* δ'. 497. λ'. 545. ν'. 551. 649.

Ver. 179. —— ἐφίει.] Vide ad *Il.* π'. 762.

Ver. 182. —— ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ.] Vide ad *Il.* ί. 594.

Ver. 184. —— δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν.]

—————— atro tepefacta cruore
Terra torique madent —. *Æn.* IX. 333.

Ver. 186. Σώματ' ἀκηδέα κεῖται.] Τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἀεὶ "δέμας" προσαγορεύει [Ὅμηρος·] ὡς ἐν τούτοις, (*Il.* ά. 115.) "Οὐ "δέμας ὐδὲ φυὴν," &c. —— τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, ὐδὲν ἄλλο ἢ "σῶμα" καλεῖ· ὡς ἐν τούτοις, —— "Σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ "μεγάροις Ὀδυσῆος." *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 15.

Ver. 188, —— μέλανα βρότον.] Τὸ μετὰ κόνεως καὶ ἱδρῶτος αἷμα. *Schol.*

Ver. 189. —— γοάοιεν.] *Al.* γοόῳεν.

Ibid. et *ver.* 295. —— ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.]

——— qui solus honos Acheronte sub
imo est. *Æn.* XI. 23.

Ver. 190. Τὸν δ' αὖτε ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀτρείδαο.] Quoniam in sequenti oratione nihil *Amphimedonti* respondet *Agamemnon*, sed de *Ulyssis* felicitate *Penelopesque* fidelitate exclamationem solummodò facit; ideò *Barnesius* hîc legendum potiùs conjicit, Τῷ δ' αὖτε ψυχὴ ἐπεφώνεεν. Mutato tamen, ut opinor, nihil opus.

Ver. 191. Ὄλβιε Λαέρταο πάϊ, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ.] Ἀπρεπὲς φασὶν, παρέντα τὸ συμπαθεῖν περὶ τῆς οἰκείας τῷ Ἀμφιμέδοντι τύχης, ἐπαινεῖν τὸν Ὀδυσσέα· ὐκ ἀπεοικὸς δὲ, διὰ τὸ καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὸ τῆς συνοικούσης [Ita ex MS. restituit *Barnesius* pro corrupto νικώσης] τὰ κάκιστα πεπονθέναι. *Schol.* Porrò *Barnesius* hîc pro πάϊ edidit πάϊς, quòd alioqui "*im*-"*portunus* sit *hiatus.*" Sed vide ad *Il.* ά. 51.

Ver. 192. Ἦ ἄρα σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ ἐκτήσω ἄκοιτιν.] Σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ, τουτέστιν εὐτυχίᾳ, εὐδαιμονίᾳ. *Eustath.*

Ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμύμονι Πηνελοπείῃ,
Κούρῃ Ἰκαρίου, ὡς εὖ μέμνητ᾽ Ὀδυσῆος,
Ἀνδρὸς κουριδίου· τῷ οἱ κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται
Ἧς ἀρετῆς· τεύξουσι δ᾽ ἐπιχθονίοισιν ἀοιδὴν
Ἀθάνατοι χαρίεσσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ.
Οὐχ ὡς Τυνδαρέου κούρη κακὰ μήσατο ἔργα,
Κουρίδιον κτείνασα πόσιν· στυγερὴ δὲ ἀοιδὴ
Ἔσσετ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπους· χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὄπασσε
Θηλυτέρῃσι γυναιξὶ, καὶ ἥ κ᾽ εὐεργὸς ἔῃσιν.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
Ἑσταότ᾽ εἰν Ἀΐδαο δόμοις, ὑπὸ κεύθεσι γαίης.
Οἱ δ᾽ ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ᾽ ἀγρὸν ἵκοντο
Καλὸν Λαέρταο τετυγμένον, ὅν ῥά ποτ᾽ αὐτὸς

" Adeò bona mens erat eximiæ Penelopæ,
" Filiæ Icarii; adeò benè meminerat Ulyssis,
" Viri cui-virgo-nupserat: ideò ei gloria nunquam peribit
" Suæ virtutis: facient autem terrestribus cantilenam
" Immortales amabilem prudenti Penelopæ.
" Non sicut Tyndari filia mala molita est opera,
" Cui-virgo-nupserat interfecto marito: odiosa verò cantilena
" Erit inter homines; gravemque famam intulit
" Fœmineis mulieribus; etiam *ei*, quæ benè-morata fuerit."
Sic hi quidem talia inter se loquebantur,
Stantes in Orci ædibus, sub cavernis terræ.
Illi autem postquam ex urbe descenderunt, citò utique in prædium pervenerunt
Pulchrum Laërtæ cultum, quod scilicèt quondam ipse

Ibid. —— ἐκτήσω.] *Al.* ἐκτήσα᾽. Vide suprà ad *ver.* 33.

Ver. 195. —— κυριδίυ.] *Al.* κυριδίοιο.

Ibid. —— τῷ οἱ κλέος ὔποτ᾽ ὀλεῖται Ἧς ἀρετῆς.] Ita *Theognis*;

—— ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος ὔποτ᾽ ὀλεῖται.
Gnom. Eleg. ver. 865.

Et *Euripides*;

Οὔ τοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν
Ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται
Χρόνος· ἁ δ᾽ ἀρετὰ
Καὶ θανῦσι λάμπει. *Andromach. ver.* 774.

Et *Seneca*;

Nunquam Stygias fertur ad umbras
Inclyta virtus —. *Hercul. Oetæus*, 1982.

Vide et suprà ad *ver.* 94.

Ver. 196. —— τεύξυσι δ᾽ ἐπιχθονίοισιν ἀοιδὴν.]

Ῥέξαντες καλὰ ἔργα, σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν.
Theocrit. Idyll. XVII. *ver.* 6.

Carmine sit vivax virtus, expersque sepulchri.
Ovid. ex Pont. lib. IV. *Epist.* viii. *v.* 47.

Ver. 197. 370. Ἀθάνατοι —— ἀθανάτοισι.] Vide ad *Il.* ά. 398.

Ver. 198. —— Τυνδαρέυ.] *Barnesius* edidit Τυνδάρεω. Vide autem suprà ad λ΄. 297.

Ver. 196. Κυρίδιον κτείνασα πόσιν.] Vide suprà ad λ΄. 429.

Ibid. —— στυγερὴ δὲ ἀοιδὴ.] *Barnesius* edidit στυγερὴ δέ τ᾽ ἀοιδὴ· Sed nihil opus.

Ver. 200. —— χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὄπασσε Θηλυτέρῃσι γυναιξί.] Vide suprà ad λ΄. 432.

Ver. 204. Οἱ δ᾽ ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν.] *Ulysses* videlicèt et *Telemachus* cum duobus Servis. Redit enim jam Poëta, ut rectè notat *Spondanus*, " ad institutam narratio- " nem de Ulysse," (undè digressus est suprà libri superioris fine;) " cujus adventum " in agrum Laërtis exponit."

Ibid. —— τάχα δ᾽.] Versio *Wetsteniana* reddit, " *citoque*." Sed rectiùs, ut opinor, sententiæ Apodosin hîc ad voces τάχα δ᾽ incipere intelliges: Ac proindè vertendum, " *citò utique*;" vel " *citò dein*." Similis enim videtur hîc constructio, Οἱ δ᾽ ἐπεὶ —, τάχα δ᾽· ac suprà *Il.* ά. 57. Οἱ δ᾽ ἐπεὶ ἦν —, Τοῖσι δέ· quem locum vide.

Ver. 205. —— τετυγμένον.] Vide ad *Il.* ζ. 488.

Ibid. —— ὅν ῥά ποτ᾽ αὐτὸς Λαέρτης κτεά-

Λαέρτης κτεάτισσεν, ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἐμόγησεν·
Ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη,
Ἐν τῷ σιτέσκοντο καὶ ἵζανον ἠδὲ ἴαυον
Δμῶες ἀναγκαῖοι, τοί οἱ φίλα ἐργάζοντο.
Ἐν δὲ γυνὴ Σικελὴ γρηῢς πέλεν, ἥ ῥα γέροντα
Ἐνδυκέως κομέεσκεν ἐπ' ἀγροῦ, νόσφι πόληος.
Ἔνθ' Ὀδυσεὺς δμώεσσι καὶ υἱέϊ μῦθον ἔειπεν·
Ὑμεῖς μὲν νῦν ἔλθετ' ἐϋκτίμενον δόμον εἴσω·
Δεῖπνον δ' αἶψα συῶν ἱερεύσατε, ὅστις ἄριστος·
Αὐτὰρ ἐγὼ πατρὸς πειρήσομαι ἡμετέροιο,
Αἴ κ' ἔμ' ἐπιγνοίη καὶ φράσσεται ὀφθαλμοῖσιν,
Ἠέ κεν ἀγνοιῇσι, πολὺν χρόνον ἀμφὶς ἐόντα.

Laërtes acquisiverat, postquam valdè multùm laboraverat:
Illic ei domus erat; circumque exedra currebat circumquaque,
In quâ comedebant et sedebant et dormiebant
Famuli necessarii, qui ei amica laborabant.
Inerat verò mulier Sicula anus, quæ utique senem
Diligentèr curabat in agro, procul ab urbe.
Ibi Ulysses famulis et filio sermonem dixit;
" Vos quidem nunc ite in benè-ædificatam domum intrò;
" In cœnam autem statim porcorum mactate, quicunque optimus.
" At ego patrem tentabo nostrum,
" An me agnoscat et discernat oculis,
" An ignoret, multo tempore seorsùm cùm-abfuerim."

—τισσεν ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἐμόγησεν.] Dna. *Dasier* sententiam hanc ita vertit; " *Qu'il* " *avoit augmentées par ses soins, et par son tra*" *vail.*" Sed potior, ut opinor, altera ejusdem interpretatio: " *Qu'il avoit acquise* " *par ses travaux.*" Hoc nimirùm et cum voce *κτεάτισσεν*, et cum voculâ *πόθ'* aptiùs videtur congruere. Cæterùm *Scholiastes* vocem *κτεάτισσεν* exponit *ἔκτισεν*· quod, ut opinor, ferri nullo modo potest.

Ver. 207. —— *κλίσιον.*] Ἅπαξ εἴρηται· σημαίνει δὲ ἐξέδραν τινὰ σιγματοειδῆ, ἐν ᾗ ἔκειντο οἱ κλισμοί· ἢ κρηπίδωμα, ἐφ' οὗ ἐκαθέζοντο, ἢ ἐκοιμῶντο. *Schol.* Κλίσιον σημαίνει τὸν τόπον ἔνθα ἵσταται τὰ ζεύγη· —— Τοῦτο παρὰ μὲν Ὁμήρῳ συστέλλει τὸ ι, καὶ προπαροξύνεται· οἷον, " —— περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη." παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἐκτείνεται τὸ ι, καὶ παροξύνεται, ὡς τὸ θηρίον. *Etymolog. Magn.* ad vocem. Κλίσιον δὲ, οἰκετικὸς οἶκος ἐστὶν εὐτελὴς, καὶ οἷον τὶς κλισία, περὶ ἣν δμῶες ἴαυον. Παρὰ μέντοι Ἀττικοῖς τὸ κλίσιον ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν ἐστὶ δεκτικόν. *Eustath.* Ubi et plures hujus vocis explicationes affert.

Ver. 213. Ὑμεῖς μὲν νῦν ἔλθετ' ἐϋκτίμενον δόμον εἴσω.] In Vulgatis editum est ἐϋκτίμενον πτολίεθρον· *Barnesius* autem ex utraque *Eustathii* editione restituit ἐϋκτίμενον δόμον εἴσω. Atque ita habet Editio *Wetsteniana.* Rectè: Etenim (uti ipse annotat *Barnesius*,) non ad urbem, sed ad *Laërtis* domum missos liquet ex *ver.* 219. infrà;

Οἱ μὲν ἔπειτα δόμονδε θοῶς κίον ——.

Et ex *ver.* 357.

Ἀλλ' ἴομεν προτὶ οἶκον, ὃς ὀρχάτου ἐγγύθι κεῖται·
Ἔνθα δὲ Τηλέμαχον καὶ βουκόλον ἠδὲ συβώτην
Προὔπεμψ', ὡς ἂν δεῖπνον ἐφοπλίσσωσι τάχιστα.

Porrò artificiosè hìc *Telemachum* et Servos dimissos memorat Poëta, ut locum habeat *Ulysses* patris sui tentandi, (infrà *ver.* 239.) sequentisque narrationis inducendæ, *ver.* 303. &c. Ὁ Ὀδυσσεὺς —— οὐδὲ τῷ πατρὶ αὐτόθεν ἐθέλει ἀπεριέργως γνωρισθῆναι· μεθοδεύσας δὲ διάπειραν σχεῖν καὶ αὐτοῦ, τοὺς μὲν ἀμφ' αὐτὸν στέλλει, δεῖπνον ταχὺ συῶν ἱερεῦσαι. *Eustath.*

Ver. 216. Αἴ κ' ἔμ' ἐπιγνοίη.] *Eustathius* in commentario citat, Εἴ με ἔτι γνοίη. Malè autem deinceps addit; Ἐν δὲ τῷ, " Εἴ με " ἔτι γνοίη," ἀργὸν ἐκ περισσοῦ κεῖται τὸ ἔτι" ἐπίῤῥημα. Etenim si vera sit ista lectio, nequaquam supervacanea erit vocula ἔτι, sed eam habebit vim, ut exploraturus dicatur *Ulysses*, " an à patre *jam, post tam diutinam* " *absentiam*, agnoscatur."

῝Ως εἰπὼν, δμώεσσιν ἀρήϊα τεύχε᾽ ἔδωκεν.
Οἱ μὲν ἔπειτα δόμονδε θοῶς κίον· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
῎Ασσον ἴεν πολυκάρπου ἀλωῆς, πειρητίζων·
Οὐδ᾽ εὗρεν Δολίον, μέγαν ὄρχατον ἐσκαταβαίνων,
Οὐδέ τινα δμώων, οὐδ᾽ υἱῶν· ἀλλ᾽ ἄρα τοίγε
Αἱμασιὰς λέξοντες, ἀλωῆς ἔμμεναι ἕρκος,
῎Ωιχοντ᾽· αὐτὰρ ὁ τοῖσι γέρων ὁδὸν ἡγεμόνευεν.
Τὸν δ᾽ οἶον πατέρ᾽ εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
Λιστρεύοντα φυτόν· ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα,
Ῥαπτὸν, ἀεικέλιον· περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας
Κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων·
Χειρίδας τ᾽ ἐπὶ χερσὶ, βάτων ἕνεκ᾽· αὐτὰρ ὕπερθεν

Sic locutus, famulis martia arma dedit.
Illi quidem deindè ad domum celeritèr iverunt: at Ulysses
Propiùs ivit ad abundans-fructibus arboretum, tentare-cogitans;
Neque invenit Dolium, in magnum hortum descendens,
Neque quenquam servorum, neque filiorum; sed sanè illi
Sepes collecturi, arboreti ut-essent septum,
Abiverant; at iis senex viam præibat.
Solum autem patrem invenit benè-culto in arboreto,
Circumfodientem plantam: squalentem autem indutus erat tunicam,
Sutilem, turpem; circum verò crura bubulas
Ocreas sutiles ligaverat-sibi, sentium-stricturas vitans;
Chirothecasque super manus, ruborum causâ: at supernè

Ver. 222. —— οὐδ᾽ υἱῶν.] *Dolii* nempè filiorum; ut rectè *Spondanus*. Cæterùm *Barnesius* hîc inter varias lectiones retulit υἱέων. Quod pronuntiatu idem.

Ver. 223. Αἱμασιὰς λέξοντες.] Τὰ ἐκ τῶν λεπτῶν λίθων τειχία οἰκοδομήσοντες. *Schol.* Αἱμασιὰ δὲ, κατὰ τὴν τοῦ Ποιητοῦ ἑρμηνείαν, ἀλωῆς ἕρκος· ἴσως μὲν, ὡς προεδηλώθη, ἐξ ἀκανθῶν οὖσα. *Eustath.*

Ver. 226. Λιστρεύοντα φυτόν· ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα.] Observat *Cicero*, *Hesiodum*, cùm de culturâ agri scriberet, de *Stercoratione* nè verbum quidem fecisse, "At Homerus," (addit,) "qui multis, ut mihi videtur, antè sæculis fuit, Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit." *Lib. de Senectute.* Ubi cùm hunc *Homeri* locum respicere videatur, nihil autem hîc de *Stercoratione* memorat Poëta; conjicit *Petrus Victorius*, *Var. Lect. lib.* XXVIII. *cap.* 4. *Ciceronem* versum hunc ita legisse; "Λιστρεύοντα φυτὸν ῥυπόωντα τε ἕστο χιτῶνα." vocemque ῥυπόωντα, *Stercorantem*, reddidisse. Quod tamen (uti observat *Victorius*) cum vocis ῥυπόωντα sensu minimè congruit, (vide suprà ζ. 87. ν΄. 435. σ΄. 72. ψ΄. 115.) Præterquam quòd et Asyndeton istud, "ἕστο χιτῶνα," admodùm sit inusitatum. Cæterùm rectè deindè notat *Victorius*, Stercorationem Homero cognitam patere ex ρ΄. 297. &c. suprà;

> Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε θυράων
> Ἡμιόνων τε βοῶν τε ἅλις κέχυτ᾽· ὄφρ᾽ ἂν ἄγοιεν
> Δμῶες Ὀδυσσῆος, τέμενος μέγα κοπρήσοντες.

Porrò vocem Λιστρεύοντα exponit *Scholiastes*. Περιξύοντα καὶ περισκάπτοντα. Et *Eustathius*; Λιστρεύειν δὲ, (inquit,) τὸ περιξύειν, παρὰ τὸ Λίστρον, ὃ ἐστὶ ξύστρον ——. Αὐτὸ δὲ τὸ, Λιστρεύειν φυτὸν, ὅμοιον ἐστὶ τῷ, φυτὸν ἀμφιλαχαίνειν [infrà *ver.* 241.] Vide suprà ad χ΄. 455.

Ver. 227. Ῥαπτὸν, ἀεικέλιον.] Τὸ δὲ, "ῥαπτὸν ἀεικέλιον," inquit *Eustathius*, ὑφ᾽ ἓν ἀναγνωστέον, ἵνα δηλοῖ τὸν ἀεικελίως ῥαπτόν. Sed, ut opinor, minus rectè.

Ver. 228. —— γραπτῦς.] Τὰς τῶν ἀκανθωδῶν φυτῶν καταπεριξύσεις καὶ ἀμυχάς. *Schol.*

Ver. 229. Χειρίδας τ᾽ ἐπὶ χερσί.] Ἤγουν τὰ τῶν χειρῶν καλύμματα, ἐκ δερμάτων δηλαδὴ καὶ αὐτὰ ὄντα. *Eustath.* *Casaubonus* quidem hujusmodi chirothecarum usum veteribus *Græcis* et *Romanis* incognitum fuisse contendit. "Neque Græci," inquit, "neque Romani habuere in usu manuum tegumenta, quibus etiam rustici hodiè utuntur." *Annotat. in Athenæum, lib.* XII. *cap.*

Αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε, πένθος ἀέξων.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς
Γήραϊ τειρόμενον, μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἔχοντα,
Στὰς ἄρ' ὑπὸ βλωθρὴν ὄγχνην κατὰ δάκρυον εἶβε.
Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Κύσσαι καὶ περιφῦναι ἑὸν πατέρ', ἠδὲ ἕκαστα
Εἰπεῖν, ὡς ἔλθοι καὶ ἵκοιτ' ἐς πατρίδα γαῖαν·
Ἦ πρῶτ' ἐξερέοιτο, ἕκαστά τε πειρήσαιτο.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Πρῶτον κερτομίοις ἐπέεσσιν πειρηθῆναι.
Τὰ φρονέων ἰθὺς κίεν αὐτοῦ δῖος Ὀδυσσεύς·
Ἤτοι ὁ μὲν κάτ' ἔχων κεφαλὴν, φυτὸν ἀμφελάχαινε·
Τὸν δὲ παριστάμενος προσεφώνεε φαίδιμος υἱός·
Ὦ γέρον, οὐκ ἀδαημονίη σ' ἔχει ἀμφιπολεύειν
Ὄρχατον, ἀλλ' εὖ τοι κομιδὴ ἔχει, οὐδέ τι πάμπαν,

Caprinam galeam capite habebat, dolorem auctans.
Hunc autem ut animadvertit multa-passus nobilis Ulysses
Senectute afflictum, magnumque mente dolorem habentem,
Stans utique sub excelsâ pyro lachrymam effundebat.
Cogitavit verò deindè in mente et in animo,
Osculari et amplecti suum patrem, et singula
Dicere, quomodo venisset et accessisset ad patriam terram;
An priùs interrogaret, singulaque tentaret.
Sic autem ei cogitanti visum est satius esse,
Primùm mordacibus verbis tentare.
Hæc cogitans rectà ivit ad eum nobilis Ulysses:
Sanè ille quidem deorsùm tenens caput, plantam circumfodiebat;
Eum autem astans alloquebatur illustris filius;
" O senex, non imperitia te tenet curandi
" Hortum, sed benè tibi cultura habet, neque omninò,

---

3. Et paulò inferiùs; " Græci veteres, ut " diximus, et horum, et tibialium usum ig-" norârunt." Ita vir eruditus: Atqui utrisque *Laërtem* usum hîc memorat Poëta.

Ver. 233. —— ὄγχνην.] *Barnesius* edidit ὄχνην. Vide infrà ad *ver.* 246.

Ver. 234. —— κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν.] Ita apud *Virgilium*;

—— mentem animumque. *Æn.* VI. 11.

Ver. 235. Κύσσαι ϗ περιφῦναι.] In Vulgatis editum est Κῦσαι· ut et infrà *ver.* 319 Κῦσε δέ μιν περιφὺς ——. Sed scribendum videtur cum duplici σ, Κύσσαι —— Κύσσε· uti et in nonnullis locis apud Poëtam edidit *Barnesius*: nam vox κύσε alibi *priorem* corripit. Vide suprà ad α'. 15. et ρ'. 39.

Ver. 236. et 261, Εἰπεῖν.] *Al.* Εἰπέμεν.

Ver. 238. —— δοάσσατο κέρδιον εἶναι, Πρῶτον κερτομίοις.] Προμηθέσατο γὰρ (inquit) *Eustathius*) Ὀδυσσεὺς ἐκ εὐθὺς ἑαυτὸν ἀναγνωρίζει τῷ πατρὶ, μή ποτε τῷ αἰφνιδίῳ τῆς χαρᾶς ἀποσβῇ ὁ γέρων. Verùm hoc in animo habuisse *Ulyssem*, minimè ex ipso Poëtâ constat. Vide et suprà ad *ver.* 213.

Ver. 239. —— κερτομίοις ἐπέεσσιν.] Vide ad *Il.* ά. 649.

Ver. 241. Ἤτοι ὁ μὲν κάτ' ἔχων κεφαλὴν.] Κάτω ἔχων, νενευκώς· δύναται δὲ καὶ ὑφ' ἕν, τὸ κατέχων. *Schol.* Et *Henricus Stephanus* inter varias lectiones retulit κατέχων. In annotationibus autem planè mendosam esse lectionem contendit; voculamque κατ' non pro κατὰ, sed pro κάτω positam intelligit. Quod tamen durius videtur, et sententiæ nihil addit.

Ibid. —— φυτὸν ἀμφελάχαινε.] Vide suprà ad *ver.* 226.

Ver. 243. —— ἐκ ἀδαημονίη σ' ἔχει.] Vide suprà ad ψ'. 266.

Οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη,
Οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασίη τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ·
Αὐτόν σ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει, ἀλλ᾽ ἅμα γῆρας
Λυγρὸν ἔχεις, αὐχμεῖς τε κακῶς, καὶ ἀεικέα ἕσσαι.
Οὐ μὲν ἀεργίης γε ἄναξ ἕνεκ᾽ οὔ σε κομίζει,
Οὐδέ τί τοι δούλειον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
Εἶδος καὶ μέγεθος· βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας.
Τοιούτῳ δὲ ἔοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε,
Εὑδέμεναι μαλακῶς· ἣ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.
Ἀλλ᾽ ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Τεῦ δμῶς εἶς ἀνδρῶν; τεῦ δ᾽ ὄρχατον ἀμφιπολεύεις;
Καί μοι τοῦτ᾽ ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ᾽ εὖ εἰδῶ,
Εἰ ἐτεόν γ᾽ Ἰθάκην τήνδ᾽ ἱκόμεθ᾽, ὥς μοι ἔειπεν

"Non planta, non ficus, non vitis, non quidem oliva,
"Non pyrus, non area tibi sine culturâ in horto.
"Aliud autem tibi dicam; tu verò nè iram induc animo;
"Ipsum te non bona cura habet, sed simul senectutem
"Gravem habes, squalesque malè, et turpitèr indutus es.
"Non quidem inertiæ sanè dominus causâ non te curat,
"Neque quid tibi servile conspicuum est intuentibus
"*In* formâ et staturâ: regi enim viro similis es.
"Tali autem similis es, qui postquam laverit comederitque,
"*Debeat* dormire molitèr; hic enim mos est senum.
"Sed age mihi hoc dic, et accuratè narra,
"Cujusnam servus es virorum? cujusnam verò hortum curas?
"Et mihi hoc dic verè, ut benè sciam,
"Si reverà utique Ithacam hanc advenimus, sicut mihi dixit

Ver. 254. —— ὐ συκῆ.] Edidit *Barnesius* συκίη. Quod eodem modo pronuntiandum.

Ver. 246. Οὐκ ὄγχνη, ὐ πρασίη.] Ita Vulgati. Quæ si vera sit lectio, pronuntiandum erit Οὐκ ὄγχν᾽, νὐ πρασίη· ut *Iliad.* ί. 533.

Ἦ λάθετ᾽, ἢ ὐκ ἐνοήσεν ————.

Et π΄. 31.

Αἰναρέτη· τίς σευ ἄλλος ————.

Vide et ad *ver.* 115. *hujus libri.* *Barnesius* autem ex *Etymolog. Magn.* et Editionibus nonnullis edidit Οὐκ ὄχνη, ὐ πρασίη —— ut adeò Οὐκ ὄχνη pes sit *dactylus.*

Ver. 250. Οὐ μὲν ἀεργίης γε ἄναξ ἕνεκ᾽ ὐ σε κομίζει.] *Duportus* in *Gnomologiâ Homericâ* legit ἕνεκεν σε κομίζει. Ad sententiam multo minùs rectè.

Ver. 253. Τοιύτῳ δὲ ἔοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε, Εὑδέμεναι μαλακῶς.] Τὸ δὲ, "Τοιύτῳ δὲ ἔοικας, &c." διττὴν ἔχει ἔννοιαν. Ἢ γὰρ, ὅτι τοιῦτος εἶ οἷος λοῦσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐμφαγεῖν κοιμᾶσθαι, ὐ μὴν ϗ ἔργοις ἐπιπρέπεις ἀλλοικοῖς· ἢ ὅτι τοιύτῳ, ἤγυν βασιλεῖ, ἔοικας, ὐ νῦν οὕτως ὡς ἔχεις, ἀλλ᾽ ὅτι ὁ τοιῦτος λύσαιτο ϗ φάγοι, ὥστε ϗ ἀναπεσεῖν εἰς ὕπνον. *Eustath.* Verior, ut opinor, prior explicatio; quam et amplectitur Dna. *Dacier.* Constructio tamen hic subdifficilis videtur, *Homericamque* perspicuitatem minùs sapere: Nisi fortè legendum sit, "Τοιύτῳ δὲ ἔοικεν, ἐπεὶ λούσαιτο, &c." Quâ ratione perspicua admodùm et luculenta erit sententia.

Ibid. —— ἐπεὶ λύσαιτο φάγοι τε.] Apud *Julianum, Orat.* II. (notante *Barnesio*,) λύσῃ τε φάγῃ τε.

Ver. 254. —— ἣ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.] Τὸ δὲ δεύτερον [μέρος τῦ γήρως,] ἐφ᾽ ὗ τὸ σύμφορον ὄνομα φέρυσιν, αὐτὸ τῦτο εἶναι, καθ᾽ ὃ λέγυσιν, "—— ἐπὴν λύσαιτο φάγοι τε, Εὑδέμεναι μαλακῶς ——." *Galen. de Sanitate tuend. lib.* V. *cap.* 12. *sub fine.*

Ver. 257. et 296. Καί μοι τῦτ᾽ ἀγόρευσον ἐτήτυμον.]

— mihique hæc edissere vera roganti.
Æn. II. 149.

Οὗτος ἀνὴρ νῦν δὴ ξυμϐλήμενος ἐνθάδ' ἰόντι,
Οὔτι μάλ' ἀρτίφρων· ἐπεὶ οὐ τόλμησεν ἕκαστα
Εἰπεῖν, ἠδ' ἐπακοῦσαι ἐμὸν ἔπος, ὡς ἐρέεινον
Ἀμφὶ ξείνῳ ἐμῷ, εἴπου ζώει τε καὶ ἐστὶ,
Ἦ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισιν.
Ἐκ γάρ τοι ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο, καί μευ ἄκουσον,
Ἄνδρα πότ' ἐξείνισσα φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ,
Ἡμέτερονδ' ἐλθόντα· καὶ οὔπω τις βροτὸς ἄλλος
Ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα.
Εὔχετο δ' ἐξ Ἰθάκης γένος ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔφασκε
Λαέρτην Ἀρκεισιάδην πατέρ' ἔμμεναι αὐτοῦ.
Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δώματ' ἄγων εὖ ἐξείνισσα,
Ἐνδυκέως φιλέων, πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων·
Καί οἱ δῶρα πόρον ξεινήϊα, οἷα ἐῴκει·
Χρυσοῦ μέν οἱ δῶκ' εὐεργέος ἑπτὰ τάλαντα,
Δῶκα δέ οἱ κρητῆρα πανάργυρον ἀνθεμόεντα,
Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας,

" Ille vir, jam nunc obviàm-factus huc venienti,
" Nequaquam valdè sapiens; quoniam non sustinuit singula
" Dicere, et audire meum verbum, ut interrogabam
" De hospite meo, an alicubi vivatque et existat,
" An jam mortuus sit, et in orci ædibus.
" Edicam enim tibi, tu verò attende, et me audi;
" Virum quondam hospitio-excepi charâ in patriâ terrâ,
" Ad nostram *domum* ubi-venerat; et nondum quisquam mortalis alius
" Hospitum longinquorum charior meam advenit domum.
" Profitebatur autem se ex Ithacâ genere esse; at dicebat
" Laërtem Arcesiadem patrem esse ipsius.
" Hunc quidem ego ad domum ducens benè hospitio-excepi,
" Peramantèr tractans, multa in domo *mihi* cùm-essent;
" Et ei dona præbui hospitalia, qualia decebat:
" Auri quidem ei dedi benè-elaborati septem talenta,
" Dedi verò ei craterem totum-argenteum floribus-cælatum,
" Duodecimque simplices lænas, totque tapetes,

Ver. 266. —— οὔπω τις βροτὸς.] *Al.* οὐ τοῖος βροτὸς.

Ver. 267. Ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα.] Φιλίων, τουτέστι φίλτερος, ἐμὸν ἵκετο δῶμα. Ἐκ τοῦ "φίλος" δὲ, ὁ φιλίων γίνεται ἀπ' αὐτοῦ δὲ, ὡς καὶ προεδηλώθη, ὁ φίλιστος, οὗ χρῆσις καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ. *Eustath.* Vide suprà ad τ'. 351. Quod cùm non intellexerit *Spondanus*, sententiam hoc in loco planè pessundat, istud φιλίων vertendo "*amicorum*:" ac si esset videlicèt ex φίλιος. Et in annotationibus; "Docet," inquit, "his verbis, se remotam quandam regionem incoluisse, utpote ad quam peregrini homines minimè accederent." Eandemque interpretationem sequuntur Versiones pleræque. Sed et *Barnesius*, qui ad *Odyss.* τ'. 351. ubi idem versus occurrit, sententiam et in Versione et in Annotationibus rectè exposuit; ipse tamen hoc in loco vocem φιλίων "*amicorum*" mirè vertit.

Ver. 269. —— αὐτοῦ.] *Al.* αὐτῷ.

Ver. 271. —— φιλίων.] Vide ad *Iliad.* ύ. 304.

Ver. 273. Χρυσοῦ μὲν οἱ.] *Barnesius* inter varias lectiones, Χρυσοῦ μὴν οἱ.

Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας·
Χωρὶς δ' αὖτε γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας,
Τέσσαρας εἰδαλίμας, ἃς ἤθελεν αὐτὸς ἑλέσθαι.
  Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πατὴρ κατὰ δάκρυον εἴβων·
Ξεῖν', ἦτοι μὲν γαῖαν ἱκάνεις, ἣν ἐρεείνεις·
Ὑβρισταὶ δ' αὐτὴν καὶ ἀτάσθαλοι ἄνδρες ἔχουσι·
Δῶρα δ' ἐτώσια ταῦτα χαρίζεο, μυρί' ὀπάζων·
Εἰ γάρ μιν ζωόν γ' ἐκίχεις Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ,
Τῷ κέν σ' εὖ δώροισιν ἀμειψάμενος ἀπέπεμψε,
Καὶ ξενίῃ ἀγαθῇ· ἣ γὰρ θέμις, ὅστις ὑπάρξῃ.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Πόστον δὴ ἔτος ἐστὶν, ὅτε ξείνισσας ἐκεῖνον,
Σὸν ξεῖνον δύστηνον, ἐμὸν παῖδ', εἴ ποτ' ἔην γε,
Δύσμορον; ὅν που, τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης,
Ἠέ που ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες, ἢ ἐπὶ χέρσου
Θηρσὶ καὶ οἰωνοῖσιν ἕλωρ γένετ'· οὐδέ ἑ μήτηρ

" Totidemque pallia pulchra, totidemque ad hæc tunicas:
" Separatim verò insuper mulieres eximias, operum scientes,
" Quatuor speciosas, quas voluit ipse eligere."
Illi autem respondit deindè pater lachrymas stillans;
" Hospes, profectò quidem ad terram pervenisti, de-quâ interrogas:
" Injurii autem ipsam et improbi viri habent.
" Dona verò irrita hæc largiebaris, multa præbens:
" Si enim ipsum vivum utique invenisses Ithacæ in populo,
" Eò te benè donis remuneratus dimisisset,
" Et hospitio bono; hoc enim jus est, quicunque cœperit.
" Sed age mihi hoc dic, et accuratè narra,
" Quotus jam annus est, quandò hospitio-excepisti illum,
" Tuum hospitem infelicem, meum filium, (si quidem unquam fuit),
" Infortunatum? quem alicubi, procul ab amicis et patriâ terrâ,
" Vel in ponto comederunt pisces, vel in terrâ
" Feris et avibus captura factus est; neque ipsum mater

Ver. 278. —— εἰδαλίμας.] Εὐειδεῖς, εὐμόρφους. *Etymolog. Magn.* ad vocem Εἰδαλίμας. Ubi et hic *Homeri* locus adducitur.

Ver. 283. Εἰ γάρ μιν.] Refertur istud γὰρ non ad aliquid jam antè dictum, sed ad id quod de egregiâ Ulyssis benevolentiâ et hospitalitate elegantiùs reticetur. Vide ad *Il.* ί. 22.

Ver. 285. —— ἣ γὰρ θέμις, ὅστις ὑπάρξῃ.] Vocem ὑπάρξῃ (quæ apud *Homerum* hoc tantùm in loco occurrit,) *Scholiastes* exponit, προκατάρξηται. Similitèrque *Eustathius*; Δίκαιον, inquit, ἀντιξενίζειν τὸν ὑπάρξαντα.

Ἐκόντι τοίνυν πρέπει
Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι —. *Pindar. Pyth. Od.* V. 57.

Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεὶ.
Sophocl. Ajax, ver. 522.

Cæterùm *Eustathius* legit ὑπάρξει.

Ver. 288. —— εἴ ποτ' ἔην γε.] Vide ad *Il.* γ'. 180.

Ver. 289. Δύσμορον; ὅν που, τῆλε φίλων &c.]

Heu! terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis,
Alitibusque jaces: nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, ————.
Æn. IX. 485.

Ver. 290. Ἠὲ που ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες.]

———— aut gurgite mersum
Unda feret; piscesque impasti vulnera lambent. *Æn.* X. 559.

Ibid. —— ἐπὶ χέρσου.] *Al.* ἐπὶ χέρσῳ.

Κλαῦσε περιστείλασα, πατήρ θ', οἵ μιν τεκόμεσθα·
Οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος ἐχέφρων Πηνελόπεια
Κώκυσ' ἐν λεχέεσσι φίλον πόσιν, ὡς ἐπέοικεν,
'Οφθαλμοὺς καθελοῦσα· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Ποῦ δὲ νηῦς ἕστηκε θοὴ, ἥ σ' ἤγαγε δεῦρο,
'Αντιθέους θ' ἑτάρους; ἦ ἔμπορος εἰλήλουθας
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, οἱ δ' ἐκβήσαντες ἔβησαν;
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις 'Οδυσσεύς·
Τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως καταλέξω.
Εἰμὶ γὰρ ἐξ 'Αλύβαντος, ὅθι κλυτὰ δώματα ναίω,
Υἱὸς 'Αφείδαντος, Πολυπημονίδαο ἄνακτος·
Αὐτὰρ ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστὶν 'Επήριτος· ἀλλά με δαίμων
Πλάγξ' ἀπὸ Σικανίης δεῦρ' ἐλθέμεν, οὐκ ἐθέλοντα·

" Flevit coöpertum, paterque, qui ipsum genuimus;
" Neque uxor multum-dotata prudens Penelope
" Ploravit in lectis charum maritum, sicut dicet,
" Oculos *illius* ubi-presserat: hic enim honos est mortuorum.
" Et mihi hoc dic verè, ut benè sciam,
" Quis? undè es hominum? ubinam tibi urbs et parentes?
" Ubinam autem navis stat velox, quæ te vexit huc,
" Deo-paresque socios? an vector venisti
" Navi in alienâ; illi autem te-exposito discesserunt?"
Illum autem respondens allocutus est solers Ulysses;
" Enimverò ego tibi hæc valdè accuratè narrabo:
" Sum enim ex Alybante, ubi inclytas ædes habito,
" Filius Aphidantis Polypemonidæ regis:
" At mihi sanè nomen est Eperitus; sed me deus
" Errare-fecit à Sicaniâ, huc ut-venirem nolens:

Ver. 292. ——— περιστείλασα.] Περικαλύψασα. *Schol.*

Ver. 293. ——— ἄλοχος πολύδωρος.] 'Η πολλοῖς δώροις γαμηθεῖσα. *Schol.* Vide suprà ad *ί*. 378.

Ver. 294. —— ἐπέοικεν.] *Eustathius* in commentario citat ἐπεῴκει. Quæ fortè potior lectio. Vide ad *Il.* *ά*. 37.

Ver. 298. Ποῦ δὲ νηῦς ἕστηκε.] Ita Vulgati. In utrâque autem *Eustathii* editione scriptum est, Ποῦ δαὶ νηῦς ἕστηκε· quam lectionem et præfert *Stephanus Berglerus*, in Præfatione ad *Iliados* Editionem *Wetstenianam*, *pag.* 8. pluraque ex *Aristophane* loca adducit, ubi vocula δαὶ occurrit. Apud *Homerum* tamen, (uti fatetur vir ipse eruditus,) in vulgatis exemplaribus, nusquam reperitur hæc vocula. *Barnesius* ex conjecturâ edidit, Ποῦ δὴ νηῦς ἕστηκε. At verisimilior altera ejusdem conjectura; Ποῦ δ' ἡ νηῦς ἕστηκε· Quæ lectio firmari videtur *ver.* 307. infrà; ubi ex *ά*. 185. restituit ipse *Barnesius*, Νηῦς δὲ μοι ἥδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ ——. Sed et vulgata lectio hoc in loco quâ ratione ferri possit, vide ad *Il.* *ά*. 51.

Ver. 299. —— ἦ ἔμπορος εἰλήλουθας.] 'Ενταῦθα Ἔμπορος κεῖται ὁ ἀλλοτρίας νηὸς ἐπιβάτης. *Eustath.* Vide suprà ad *β'*. 319.

Ver. 303. Εἰμὶ γὰρ ἐξ 'Αλύβαντος.] 'Αλύβας, πόλις 'Ιταλίας τὸ Μεταπόντιον, ἢ μᾶλλον Μετάποντον· ἥντινα ἐν τῷ καταλόγῳ [*Iliad.* *β'*. 857.] 'Αλύβην ἔφη. *Schol.* Ἕτεροι δὲ, πόλιν Θρᾳκίαν ταύτην εἶπον. *Eustath.* Quæ autem hîc affert *Barnesius*; " 'Αλύβας ab ἄλη *Peregrinationem*; 'Αφείδας, *Munificentiam Laërta* notare; Πολυπημονίδης, ejusdem *Afflictiones*:" hæc verò meræ sunt ineptiæ. Quanquam eadem ferè annotat et *Eustathius*.

Ver. 306. —— Σικανίης.] Σικελίας· ᾤκησαν γὰρ αὐτὴν Ἴβηρες, ἐλθόντες ἀπὸ Σικανοῦ ποταμοῦ. *Schol.*

Νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ, νόσφι πόληος.
Αὐτὰρ 'Οδυσσῆϊ τόδε δὴ πέμπτον ἔτος ἐστὶν,
'Εξ οὗ κεῖθεν ἔϐη, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθε πάτρης,
